Sigibertus · Anno · xiii · normanni ꝑ mare britannicum ostia ligis ingressi vrbem nanetum inuadunt · epm sabbato sancto pasce baptismum cõsecrantem trucidant · clerum et populum perimunt · Inde andegauis · deinde turonis occupant et vt tempestas omnia diruunt · Templum etiam sancti martini incendunt · Anno eiusdem · xiiii ·

hincmarus remorum archiepus im francia claret qui vitā sancti scripsit remigij · Anno eiusdē · xv · terremotus · aeris insolita ꝑmotō · turbines · grandines · tempestates · fulmīa multa multimodis īcomoda hominibus inferūt · Quidam etiā homo igne celesti cōsumptus est veste illesa manente ·

LXXXVII. De imperio ludouici secundi et euentibus illius temporis ·

Lotharius impator ptito inter filios regno abrenūciat seclo · et ī pzumia monasterio habitu monachali suscepto nō mlto post dormiuit in domino · Cronographus · De huius tñ anima inter angelos et demones altricatō fuit facta · Angeli siquidē animā monachi demones impatoris querebāt · Sed oratib? fratribus fugati sunt demones qui corpus distrahebāt

Sigibertus · Ludouicus filiꝰ eiꝰ olim a sergio papa im regē vnctus · Anno · domini · dccc · lvi Mundi vero · quatrimillesimo · dccc · xix · impauit annis · xxi · Lotharij vero frater eiꝰ lotharīgiā tenuit · Anno ludouici primo magimradꝰ heremita martirizaē · Rabbanꝰ egregie vite et sciētie archiepus obit · Anno eiusdē · ij · Nicolaus romane ecclesie · cij · ꝓsidet · cuius ordinatōez ludouicꝰ imperator sua ꝑsentia roborauit · Colonie ozta tempestate populo in basilicam sancti petri cōfugiente subito fulmen instar ignei draconis basilicā scidit ac penetrauit et tres hoīes diuersis quidez locis sed vno ictu in mortē deiecit · Alios etiaz · vi · eodem impetu semiuiuos reliquit · Anno · iii · franci super crudelitate karoli regis sui apud ludouicū fratrē eius expostulāt · et eum ad regnandū super se ꝓtra karolū īuitāt · Quod ille incōsulte aggressus turpiter alienis excessit finib? · In procbia maguntina malignus spus euidēs nequitie sue ꝺdit indiciū · Nam primo lapides iaciendo · et parietes domorū quasi malleis pulsādo · inde manifeste loquēdo · furta etiā ꝑdendo discordias inter vicinos seminādo homines inquietabat · Deniqz aīos omniū ꝓtra vnum hominē ꝑmouit · q · ꝑter eiꝰ peccata ceteri talia paterenē · Cuiꝰ fruges in vnum coaceruatas incēdit · qui vbicunqz intrassz · statim domus illa exurebaē · vt iam ei nisi in agris locus manendi nullus esset · Propter hoc ꝓsbiteris letanias agentib? et aquā benedictā spgentib? inimicus lapides iaciendo multis cruētatis · tandem aliquādiu quieuit · ꝓsbiteris recedētib? inimicꝰ flebiliter vlulās tādem ꝓsbiterꝰ quendā nominatī ex primēs se qñ aqua bñdicta spgebaē sub cappa q̄si familiaris sui latuisse ꝑfessus est · accusans eū cuz filia ꝑcuratoris cōcubuisse · sic ꝑ tenniū īstitit · donec ibidē cuncta edificia incendio consumeret ·

LXXXVIII. Adhuc de eodem ·

Anno eiusdez · v · numeneꝰ rex britonum dum instaret regnū francoꝝ depoplari. visuz est ei assistere sibi sanctū mauzilionē andegauenß vrbis olim epm a quo in capite baculo ꝑcussus irā dei morte ꝓsensit · Anno eiusdez viii · hubertꝰ abbas et dux frater teberge regine ꝑ repudio sororis sue cōtra lotharium insurgit · Gunthariꝰ et tergandꝰ archiepi rome a papa nicolao ꝑ adulterio lotharii regis examīati et cum suis synodalib? gestis q̄ ꝑferebāt et suo etiam ore cōuicti fuissent epatu et gradib? sacris exordinati · anathematizati sunt · eis tamē laicalis ꝺmuio cōcessa ē · Anno eiusdē · ix · excōmuīcata pelice regina ordata a legato apostolico vidēs lotharꝰ rex etiaz sibi excoicatōez intentari · tebergā vxorē suā recepit · sed non multuz id ꝑfuit · quia non mlto post repudiata vxore pelicē recepit · nec vltra vllo cor rectōis modo ab ea separi potuit · Anno eiusdez x · corpora sanctoꝝ eusebii et pontiani martiꝝ domo nicolai pape ad gallias trāslata et in monasteriis voto religiosorū sancto petro collatis honorifice tumulanē · Rex bulgaroꝝ ad xp̄ianismū cuz sua gente ꝑuersus missis ad eum a sede apostolica sacri ordinis mīstris · acceptis etiā a rege ludouico subsidiis adeo in fide solidaē · vt nō multo ꝑ filio maiore in regnū ordinato ipe abrenunciās seculo monachus factus sit · sed cū filius eius iuueniliter agens ad gentilicatis cultum vellet redire militie cingulo et cultu regio resūpto filiū ꝑsecutus cepit et oculis eius effossis eum in carcerē crusit · et filio iuniore in regnū locato sacrū habitum recepit · et in eo vsqz ad finem vite perseuerauit ·

LXXXIX. Item de eodem ·

Anno · xii · saracenis bñuentanā regionez incursantib? ludouicꝰ impator viriliter occurrit · Ad cuius auxiliū frater eiꝰ lotharius ꝑ rās multa quidem ꝓlia cū eo strenue gessit · sed exercitu suo ꝑter intēperiē aeris morbis et morsib? aranearū nimis grauato cū multo suoꝝ dispendio rediit · Anno eiusdē · xiij · michael grecoꝝ impator sensu dimīnutꝰ adeo mente excedebat vt familiares suos iuberet occidi · quos tñ ad se redieńs sibi ꝓsentari exigebat · Anno · xiiij · basilius quem michael imperator pauperem ex familia vnius abbatis sibi asciuerat · et cubicularīū factū ad tantos honores ꝑuexerat · vt alter ab imperatore appellareē sepe ab impatore ꝑ insaniā occidi iussus · timens ne tali occasione occideretē · elegit ipse magis impatorem occidere quā ab eo intēfici · et impauit annis · xvii · Corpus sancti mauri qui fuit discipulꝰ sācti benedicti apportatū a gallia folio burgundiā ꝑter timorē normānorum transferē ad fossatense cenobiū qō cōstruxit sanctus babolenus beati colūbani discipulus · Anno xv · lotharius rex romā ad adrianū papā se excusatum vadit · A quo dum ꝑ cōꝑbatōne innocentie sue ad examinatōez corpis et sanguīs domī tā ipe q̄ optimates regni muitati fuissent · et ipse et omnes qui corpus domini nostri cū eo temere accipe ꝓsumpserūt infra ipsū annū pierūt ipso statim in redeūdo placentie defuncto · Anno · xvi · Colonie celebrata synodo ad dedicatōez ecclesie a trib? lotharīgie metropolitaīs · limpto magūtino · bertulpho treuerensi · xvilleberto colonieńsi · cum ab eis maior ecclesia que est sancti petri deberet dedicari · precedente nocte audite sunt voces malignoꝝ spirituū inter se dolentiū et cōquerentiū se a possessis diu sedibus debere expelli · **XL.**

De elfredo rege anglorum et victoria eius ex danis · Helmandus ·

Anno ludouici · xvii · obiit echelredꝰ rex ethenulphi filius · post quem regnauit elfredus filius ethenulphi iunior qui olim a papa leone · v · vnctōem regiā et coronā suscepe rat · Hic regnauit annis · xxviii · et mēsibus · vi · Nouem cōtinuis annis cū hostib? pugnauit · hic cuz quadā die in insula inclusus solus domi esset · socis ꝑ oram fluminis dispsis ad piscandū · corp? curis egrum sopori dedit · et ecce sanct? cuthbertꝰ lindefarnenß quondam episcopus sic dormientez alloquit̄ · Ego sum cuthbertus si audisti misit me

dominus vt tibi ꝓspera nunciem·Anglia iam dudum peccatorũ suorũ penas luit·modo tandẽ idigenarũ sanctorũ mmeritis a domino respecta est tu miserabiliter regno extorris·post paucũ tẽp? in solio gloriose reponeris·Et hoc tibi signũ·Venient hodie piscatores tui magnã multitudiẽz piscium corbibus euehentes qd mirũ est·cũ gelãte aq̃ fluminis nil tale spereẽ·sed et temp? frigidũ omnem artem piscantiũ eludit·Tũc fortune secũde compos memento liberatoris tui et eius nuncii·Hoc idem visuz est ꝑ somniũ matri sue·Exprecti ambo somnia sua referebãt·et ecce piscatores aduenerũt cũ magna piscium copia·Nam multo post ergasculũ exire ausus in quo a danis tenebaẽ magne astutie pcl'm fecit·Regis eñ danoz intrauit tẽtoria sub specie mimi vni? tantũ sibi fidelissimi fruens sciẽtia·ibi tãquã artis iaculatorie ꝓfessor etiã in secretiora triclinii admissus omnia archana oculis et auribus ꝓcepit·pluresqz dies ibi moratus ad elingiã rediit·Exponẽsqz sociis oĩa irruit repente sup barbaros ociosos·quorũ plurimis occisis reliqui cũ rege suo dederũt obsides q̃ xpiani fierẽt et ab anglia discederẽt qd et factuz est Rex eorũ guorum quẽ nostri gurundũ vocãt cuz xxx·ꝓceribus et omni pene populo baptizaẽ·et i filium ab elfredo rege suscept? est·Ceteri ex danis qui xpiani esse noluerũt cũ bastingo mare trãs fretarũt·¶ Sigibert?·¶ Anno ꝑnotato karolum regem francorũ domestica calamitas in filiis suis afflixit·Siquidez karolomãnum in clericatu vsqz ad diaconat? officiũ ꝓuectũ ipe pater cepit et excecauit ꝓ eo q̃ ad apostasiã cõuersus·et omni generi nocendi regnũ ꝑturbãs·alter quidez iulianus effectus erat·Porro alter filius eius karolus dum incõsulte voluisset expiri exptam cuiusdam albuini militis fortitudiẽ et soli solus congressus fuissz·ab eodẽ albuino ignorãte quis essz pemptus est·¶ Cronographus·Sub hoc tpe danorũ gens angliã plĩmũ deseuiẽs pẽbauit·Regez quoqz piissimũ et xpianissimũ illiusq eadmũdũ capitali sententia nequiter ꝺemnauit·Huius sancti caput abscisum quod mirabile fuit lupus seuus illesum seruauit·et in silua deferẽs diligẽtissime inter anteriorz peduz ãplexus collocauit·Qõ cum postmodũ a pluribus quereretur vocem huiusmodi ferẽ emisisse·her·her·her·quod interptatũ sonat hic·hic hic·postmodũ huius regis manifestato martirio plebs anglorz leta accurrit vbi pl̃ima miracula ꝓpetrata sunt·¶ Sigibertus·¶ Basilius imperator grecorz inter cetera munera mittit ludouico regi germanorũ cristallũ mire magnitudinis auro gemmisqz ornatũ cum pte nõ modica sancte crucis·Anno sequenti eiusdẽ iohãnes romane ecclesie·cv·psidet·Ad hũc iohãnes romãe ecclesie diaconus vitam ꝑmi gregorii pape scribit in quattuor libellis laudabiliter editaz·Karolus iunior ludouici germanorũ regis filius a ꝺmonio grauiter in ꝑsentia patris et optimatũ ei? vexaẽ·et in ipa vexatõe cõfiteẽ hoc ideo sibi ꝺtigisse quia cõtra patrẽ suũ ꝺspiratõez facere molie=batur·

·XLI· ¶ De pestib? illius temporis et quibusdam aliis.

Anno sequenti in italia brixie tribus diebus et tribus noctibus sanguis de celo pluisse narraẽ·locuste galliam depopulanẽ inumerabiles ceteris locustis maiores seua alazũ tegmia·vi·pedes·duos dẽtes lapide duzio=res habentes vt castrorũ acies turmatĩ volantes duces cuz paucis itinere vnius diei ꝑmittẽtes ad metenda loca vẽture mltitudini circa horã ix·ad locũ ꝑuisum venientes·ibiqz solis ortũ expectantes ꝑ spaciũ vni? diei aerem velabãt ipm sol' radium obnubilãtes·ore lato extenso intestia omnia viridia in herbis et arborib? vastabãt·spaciũ diurni itineris quattuor aut quĩqz miliarib? extẽdẽtes·hoc miserabili spectacl'o vsqz ad mare britannicum pueniẽtes tandem flatu ventorũz in ꝑfundum maris demerse sunt·sz estu occeani ad lit? reiecte putredine sua aere corrupto multos perire fecerunt·secuta fames valida multos cõsumpsit in edia·vt pene tercia ꝑs hominum cõsumpta sit in gallia·Anno sequẽti hiems solito asperior fuit & plixior nix et gelu·a kl'· nouẽbris vsqz ad vernale equinoctiũ·ludouico regi germanorũ apparuit in somnis genitor suus olim imperator adiurãs euz ꝑ nomen sancte trinitatis vt eum eripet a tormẽtis quib? tenebaẽ·vt tandẽ requiem eternã habere mereretur·Ob hoc ad diuersa monasteria elemosinis destinatis obnixe filiꝰ succurrebat patri·Vnde dabaẽ intelligi q̃ licet idem imperator multa ꝺo et hominib? placita fecisset·plura tamẽ deo otraria i regno suo fieri consensit·in quibus grauiora videbanẽ q̃ heresi nicolaitarũ non restitit·et monita gabrielis archangeli·xii·capitulis cõprehẽsa que emarchus ei legenda et obseruãda obtulit seruare non studuit·Northmãni vrbem andegauis quasi in eo habitaturi cũ suis omib? occupãt·Ad quam expugnanda karolus ascito salomone britonũ rege multis dieb? eã obsedit·Sed cũ northmãni ad ꝺspatõez adducti fuissent·rex multo exercitu pecunia ab eis accepta egressũ eis ãnuit·eisqz hoc pacto peiora faciendi locum dedit·

·XLII· ¶ De imperio karoli calui et scriptis iohannis scoti contra rollonem.

Anno impii sui·xxi·ludouic? imperator moritur et patruꝰ eius karolus rex francorũ romã pgit·et iohãne papa et romanis ꝑ munera sibi cõciliatis imperator creaẽ·Anno dñi dccc·lxxvii·Mũdi vero quartimillesimo·dccc·xl·et impauit annis duob?·sed ei statim a ludouico fratre suo bellum patur q̃ se incõsulto solus ipe rium fratruelis vsurpauerit·Cometes solito rutilantior apparuit·subita et nimia aquarũ inundantia facta est i iunio·ita vt in saxonia villa quedã longe a torrentib? et fluminib? remota in m omẽto cum hominib? et bestiis et arboribꝰ et edificiis cum ecclesia et altari penit? absorpta sit vt nullũ habitatõis ꝑmanserit vestigiũ·Britones rege suo salomone mortuo ꝑ ꝓtẽtione regnandi intestino inter se bello collidunẽ·sicqz multi cessant a gallie extermino·¶ Ex cronicis·¶ Anno imperii karoli·j·ludouicus rex germanorum frater eius obijt relinquens tres filios·s·iuniorem ludouicũ·et karolum qui non multo post impauit·et karoluz magnum patrem arnulphi imperatoris·Porro karol? ꝺ morte fratris sui gauis? iniusticiã quã contra fratrem ꝺceperat cõtra filios fratris pficere parat?·cũ·l·milib? hoĩm et eo amplius regnum eorũ aggressus coloniã vsqz puenit·ludouici filiis alias occupatis·Ludouic? autem iunior missa legatõne ad patruum rogabat ea que pacis sunt·Qui cum impetrare non posset eũ bello viriliter excepit·ipmqz victum cum nimio exercitus damno ac ꝺdecore multo fugere ꝑpulit·Tẽpib?

huius karoli calui comitatus flandrenſ exordiuꝫ ſumpſit· Non em̄ flandria tūc erat tanti nomīs et opulentie ſicut nunc cernit̄· ſed a regis francoꝝ foreſtariis regebat̄· quorū lideric⁹ et imglānuſ et audacer ſub pipino et karolo magno et ludouico rectores flandrie fuerūt· nec tamē comites vocati ſunt· Balduin⁹ autē fili⁹ audraci rapuit iudith filiam karoli calui· ꝓpter qđ ab omni eccleſia conſenſu epiſcopoꝝ excōicatus eſt ex p̄cepto karoli· Deinde ex ep̄oꝝ et optimatū ſuorum cōſilio recōciliatus karolus balduino et iudith· dedit eis flādriam in comitatū ppetuo poſſidendā ip̄is et heredibus ſuis· ¶ Helinand⁹ libro· xlvi· ¶ Hoc tempore claruit Iohannes ſcot⁹ vir pſpicacis ingenij· et mellicie facūdie· qui dudum cōcrepantibus vndiqꝫ bellorū fragoribus in franciā ad karolum caluū tranſierat· Cui⁹ rogatu gerarchiā dionyſij ariopagite de greco in latinū verbū e verbo trāſtulit· Compoſuit etiā librū piſtion merinnoy id eſt d̄ nature diuiſione titulauit· ꝓpter queſtiones ſoluendas bene vtilē· ſi tamen ei in aliquib⁹ ignoſcat̄· in quib⁹ a latinorū tramite deuiauit dū in grecos acriter oculos intendit· Hic ſuccedētibus annis munificētia elfredi allectus venit ī angliam· et apud monaſteriū malmeſbien ſe a pueris quos docebat grafiis vt ferē pfectus et martir eſtimat⁹ eſt· Huius epithaphiū hoc fuit.

Claudit̄ in tumulo ſanctus ſophiſta iohannes.
Qui dita⁹ erat iam uiuens dogmate miro.
Martirio tandem xp̄i cōſcendere regnū.
Quo meruit ſancti regnant ꝑ ſecula cuncti

Scabri ſunt hi verſus et moderni tēpis lima carētes· ¶ Actor· ¶ Hic iohānes ſcotus p̄bus vt dicit lanfrancus in fide deſipuit· Vnde liber ei⁹ de euchariſtia lect⁹ eſt et damnat⁹ in ſinodo vercellenſi celebrata ſub papa leone· ix· Eodem anno quo ſe lanfrāc⁹ ab erzore berīgerii purgauit· idē etiā iohānes ſup gerarchiā dionyſii commentauit

¶ XLIII· ¶ De geſtis karoli calui· Sigibertus·

Karolus caluus impator poſt adeptū imperiū vltra ſe elatus· cōſuetudines frācorū vilipendēs· grecas glorias et inſolitos habitus affectabat· et talari dalmatica indutus· et deſup baltheo accīct⁹ pendēte vſqꝫ ad pedes· capite vero inuoluto velamine ſerico et diademate ſup impoſito ꝓcedebat· Et cū eſſet leporetimidior et hoſtes fugere q̄ fugare patior· fratrē ſuum ludouicū laceſſebat minatus tātas copias ſe cōducturū vt ab equis flumīe exhauſto ip̄e p aridū alpheū germanie regnum intraret· Huic heinricus monachus vitā germani antiſiodorenſ epi heroico metro in· vi· libellis luculēter exaratā obtulit· ¶ Helinandus vbi ſupra· ¶ Karol⁹ iſte calueus monaſteriū ſancti cornelii apud ꝓpendiū fundauit et pfecit· Hoc caſtrū cogitauerat ip̄e facere ad inſtar oſtātinopolis· et de nomine ſuo illō appellauit karpopolim· Hic indictū die quē karolus magn⁹ apud aquilā capellaꝫ ſuam inſtituerat aquiſgrani· inſtituit apud villā ſācti dionyſii· Et quia in eccleſia ſancti dionyſij multa rapuerat que alij dederāt· ſpineam coronā domī et vnū de clauis· et de ligno crucis· et alia quedam ibi attulit· Sudariū autem apud cōpendiū reliquit· et hoc inſtituit ipſe tēpore nicolai pape· Antequā autem reliquie iſte oſtenderent̄ populo· tāta fames ſolebat eſſe in francia vt aſinos et caballos comede-

rent que ꝑ domini miſericordiaꝫ poſtea ceſſauit· Sigibert⁹ dicit hūc karolū in reditu a roma mortuum fuiſſe mātue· Alibi legi ego q̄ romam pgēs obiit in itinere et ſepultus eſt apud lugdunū in monaſterio antonay· Poſt mīt̄ū tp̄is apparuit ip̄e in viſu noctis cuidā monacho ſancti dionyſii nomine erchengario· et in eadē nocte cuidaꝫ clerico ſancti quintini viromadeñ· alfoni nomine· dicens vtriqꝫ ſe eſſe karolū caluū· et ex dei iuſſu eis apparuiſſe· vt diceret eis q̄ deo et ſancto dionyſio diſplicebat q̄ corp⁹ eius non eſſet ſepultū in eccleſia ſancti dionyſii· cui tanta munera ꝑ dei honore exhibuerat· Irent ergo et dicerēt ludouico filio ſuo et ꝓceribus regni· vt eum referrēt· ſic ergo relatus eſt tpe walteri abbatis ſancti dionyſii· et ſepultus in eccleſia ſancti dionyſii ante altare ſācte trinitatis· ¶ Ex cronicis ¶ Iſte karolus in diuerſis ꝑ franciā locis· eccleſias ſanctorū aut edificauit aut reſtauravit· Apud cōpendiū ſanctoꝝ cornelii et cipriani reliquias attulit· In quarū aduentu reſponſorū· Ciues apoſtolorū quod vſqꝫ nūc cantat eccleſia cōpoſuit· ¶ Sigibertus· ¶ Anno karoli calui primo ingruēte in germania pecorum peſtilētia· dum canes vndiqꝫ collecti cadaueribus incumberēt ita diſparuerūt vt nec viui nec mortui reperirent̄· ¶ ·XLIIII· ¶ De impio karoli iunioris·

Anno ſequenti karolus impator romā ſecundo ꝓfectus· boſoni germano vxoris ſue neptē ſuā filiam ludouici impatoris vxorem dedit· et data ei ꝓuincia· in regem eum coronauit· vt etiā regibus impare videret̄· Qui audiens fratrueles ſuos karolomānum et karolū cōtra ſe exercitum adducere· pauore ſolutus reditū pat· et inter redeundum a quodaꝫ ſedechia iudeo male potionat⁹ mantue morit̄· Filij eius ludouicus· cognoīamento balbus ſcōs· p⁹ diuiſionē regnat in frācia ānis duobus· Iunior vero karolus filij ludouici· germanorū regis impium adeptus eſt· ānuentibus ſibi quibuſdā nobilium romanoꝝ Iohāne autem papa ſatagente imperium trāſferre ad ludouicum balbum filiuꝫ recentis defuncti karoli imperatoris· Cepit autem ānno· domī· dccc· lxxix· Mundi vero quartimilleſimo· dccc· xlii· et īperauit annis· xii· ſcōꝫ cronicā· Anno karoli iuīoris primo Iohānes papa iniuriat⁹ a romanis· ita vt etiā in cuſtodia teneret̄ ꝑ eo q̄ karolo ñ fauebat· in franciā veniens cum rege ludouico balbo· pene annum morat⁹ eſt· Northmānorum pluſquā quinqꝫmilia a francis in gallia ceſa ſunt· hoc tempore clarebat milo monach⁹ ſancti amādi· q̄ vitā ſancti amandi metrice cōpoſuit· et librum de ſobrietate ad karolum caluum ſcripſit· Sub hoc milone adoleſcebat etiā nepos eius hulbald⁹· qui in ſeptem liberalium artium peritia clarus· egregie p̄ter cetera in muſica claruit· et de multis ſāctis cantus dulci et regulari modulatōe cōpoſuit·

¶ ·XLV· ¶ De vaſtatione gallie ꝑ haſtingum et rollouem· ¶ Helinandus·

Haſtingus fugatus ab anglia ab elfredo rege vt ſupradictū eſt cum ſuis trāſfretauit et piſius et turonis et mīcas alias vrbes que ſup ſecanā et ligerī ſite ſunt· ciuib⁹ eua cuans· vſqꝫ ad tirrenum mare graſſatus eſt.

Odo cluniacenſis abbas· Hic haſting⁹ vaſtatis ſuperioribꝰ p̄tib⁹ gallie· obſedit turonuꝫ· Cui⁹ cum crebro mur⁹ pulſaret̄ ariete· curzit̄ ad corp⁹

ſancti martini·et deferē iſtud ad locū debiliorez
mortuum p̄ manus defenſorem facientes· Mox fu=
gerūt dani·quos turonici p̄ſecuti ſunt vſq; ad ſe
xtum lapidez·Ibi edificata eſt eccleſia ſancti mar
tini in loco illo vbi ſanctum corpus ſubſtiterat·
Ibidem erant maceriarū ruine antiquarū · vbi di
cebatur aula fuiſſe valentiniani·in qua ſedens nō
dignatus eſt aſſurgere martino·donec afflante in
cendio imitus ſurrexit·Poſt tria luſtra fuge ha
ſtingi·venit ab eiſdē finibus rollo qui victis bri
tonibus et flādrenſib? et vrbib? eorum et opidis
ſuccēſis venit cenomannū et obſedit eam· Et mi
ſit p̄ſides exercitus ſui ad turonū·ſed tūc dei pui
dentia karus et ligis a deo inundauerāt·vt ad tu
ronū accedere ñ poſſent·Porro mai? mouaſteriū
non lōge a turonis fundit? euerſū eſt·Centuz ibi
et·xvi·monachi gladio p̄cuſſi·abbas et alii·xxiiij·
incauernis latitātes euaſerūt·qui ad hoc reſeruati
ſunt·vt patroni ſui corp? p̄ſequerent·Abbaſ ta
men herbernus de latebris abſtract?·nullis tor=
mentis cogi potuit·vel theſauros eccleſie p̄dere
vel monachos latitātes·Horū nemo reſiduus fuit
quem nō martin? eccleſie regimini p̄ficeret· Tūc
abbas et illi·xxiiij·recedētibus danis·a canonicis
ſancti martini cum reuerētia ſuſcepti ſunt·et ad
ducti ad vrbē et ibi aliti·tranſactis·vi·menſibus
rollo cenomannū cepit·Tunc trāſmiſſū eſt corp?
ſancti martini aurelianis·cui? cuſtodes fuerunt
herbernus abbas cū·xxiiii·monachis illis·et·xii·
canonicis et·xii·burgenſib? noui caſtri qui illis ī
omībus neceſſariis p̄uidebāt·Poſtea p̄enerunt
ad ſanctū bñdictū·Deinde audiētes p̄ rollo iaz
aurelianis p̄ueniſſet p̄rexerūt cableiā· Poſtea vo
antiſiodorū· vbi innumera miracula facta ſūt ī ec
cleſia ſancti germani· ¶ Guillermus· ¶ Cūqz ad
uentātes p̄ remediorū gratia plima cōferrēt·orta
eſt lis et contētō inter turonicos et ātiſiodorēſes
p̄ ptitōne pecunie·ad quā litē ſoluendā ponit le
p̄ſus iter duoz ſanctoz corpa·arcet tota nocte
humana cuſtodia·Lucеſcēte aurora apparuit p̄
illa lepſi que p̄xima fuerat martino tota curata·
altera adhuc remanēte lepſa·Regirat corpus &
obuertūt martino lat? morbidū·Altero mane re
ptus eſt totus curatus cedente germano honori
boſpitis ſui· ¶ .XLVI. ¶ De ſtudiis et
actibus elfredi regis et fuga rollonis·

EO tempe dani p̄ annos·xiij·gallias infe=
ſtarūt donec tādem ab arnulpho impa=
tore et britānis multis p̄liis victi in an
gliaz refugerūt·In quo ſpacō elfred? totā inſulā
p̄ter id quod dani habebant ſibi ſubdiderat·Qui
londoniā caput regni mercioz dedit cuidā primā
rio cū filia ſua egelfleda·ex qua idez primari? no
mine egelred? tulit liberos echelmudā et edrvar
dum qui poſt ſe regnauit·Hic elfredus iam duo
dennis exp̄s omnis literature erat·ſed tūc a ma=
tre benigno iudo inuitat? vt p̄ munere qō in ma
nibus tenebat ſuſciperet ſi cito addiſceret ioco li
teras ingreſſus auiditate ſitic'oſa cōbibit·hos li=
bros in anglicā linguā cōuertit·Oroſiū·paſtorale
gregorii·geſta anglorū bede·Boeciū de conſola=
tōe·temp? diurnū ita diuidebat·vii·horas impē
debat in ſcribēdo et orādo et legendo·octo ī cu=
ra corpis·octo ī expediēdis regni negociis·Erat
p̄ter hec in capella ſua cādela·xxiiij·ptiū edituuſ
qz qui p̄ cōbuſtionē cādele regem de ſingulis of.
ficiis admoneret· Dimidiā portōz omniū cenſuū
ſuorū iuſte dūtaxat acquiſitorz·monaſteriis dele=
gauit·Cūctos p̄terea redditus in duas diuiſit p̄=
tes·et primā rurſus in tres·quarū vnā dedit mi=
niſtris ſuis curialib?·ſcōaz opatoribz?·quos iugit
in nouaz edium cōſtructōib? mirabili et ignoto
anglis habebat modo·tertiā aduenis·Secūda p̄s
redditū ita diuiſa eſt·vt prima dare pauperibuſ
regioīs ſue·ſecūda monaſteriis·tercia ſcolaſticis
quarta trāſmarinis eccleſiis·Semp in ſinu porta=
bat libellū in quo tenebaē diurn? curſus pſalmo
rū·vt quādo vacaret arripet et p̄curreret·Filiam
echelſuidam dedit vxorē balduino comiti flādrie.
ex qua ipe habuit arnulphū de quo ſunt flandrie
comites·et adulphum qui ſuſcepit a patre bono
nie comitatū·Sepult? eſt rvindonie monaſterio
ſuo·ad cuius officinas cōſtruēdas ſufficiēs terre
ſpaciū ab epiſcopo et canonicis nūdinat?·ad vnū
quēqz pedem marcā pondere publico penſitauit·
Rollo autem iſte de quo ſupradictum eſt nobili
quidem·ſz p̄ vetuſtatem obſoleta p̄ſapia norico
Elrus·regis p̄cepto patria pulſ?·multos quos vl'
es alienū·vel p̄ſciētia ſcelerū exagitabat·magnis
ſpebus ſolicitatos ſecū adduxit·piraticā aggreſ=
ſus carnoti adheſit·Cui? ciues nec armis nec mu
ris cōfiſi beate marie ſuparum·id eſt·camiſiā ado
rant·quā karolus caluus a cōſtantīopoli cū aliis
reliquiis aduehi fecerat·Hāc camiſiā in modū ve
xilli ſup̄ p̄pugnacula cuſtodū trita pectoribz? vē
tis exponunt·Hoſtes viſā ceperūt ridere·et ī eaz
ſagittas dirigere·Quorū oculis mox obtenebra=
tis·nec añcedere·nec retro tendere valebāt· Qō
videntes opidani multa eorum ſe cede ſatiarunt·
Euaſit tamen rollo quē ſue fidei de? reſeruauit·
nec multo p? rothomagū et p̄fines vrbes obtinuit

¶ .XLVII. ¶ De quibuſdā aliis inciden
tibus illius temporis· ¶ Sigibertus·

ANno karoli iuniorīs·ii·ſol hora diei·ix·
ita obſcurat? eſt ut ſtelle in celo apparēt
Rex francoz ludouic? balb? morie·uxo
rem ſuā ex ſe grauidam relinquens·De regno ei?
francis varie ſentiētib?·aliis illud filiis ludouici
balbi ex cōcubina deberi iudicantib?·aliis boſoī
p̄mcie regio ad illud iniuſte inuadendū aſſentiē
tib?·aliis vero regno germanie illud ſociare volē
tib?·naſciē interī ex legittima vxore ludouici bal
bi filius qui ex nomine aui karol? nomiat? eſt· fi
lii tamen ludouici balbi ex cōcubina ludouic? et
karolomānus dicti·interim regnū francorū inter
ſe diuidentes·regnāt annis quīqz·et boſonē ſemp
p̄ſecuti ſunt· ¶ Ex cronicis· ¶ Karol? igit fratre
ſuo karolomāno defūcto·et nō multo poſt altero
fratre ludouico immatura morte p̄cepto·de ini
micis triūphans·germanie regnum obtinuit. P?
quam vero duobus annis īpauit rome a iohanne
papa·impator bñdicit·et impauit·x·annis·Sicqz
duobus annis p̄ri? impenū rexit·et poſtea· x·im
pauit· ¶ Sigibertus· ¶ In ſilua francie carbono
ria pluſquam nouemmilia northmannorū a frācis
cedunt·Anno·iiij·northmāni·adiūctis ſibi danis
francia et lotharīgiam p̄uagantes·ambianis attre
batis corbeiā·cameracū·caruennā fines morinoz
menapiorum·brathacenſium·omnemqz circa ſcal
dum flumen terram·monaſteria ſanctorū rvala=
rici et richarii·ferro et igni deuaſtant·Inde rval
fluuium ingreſſi·totam batuam· palacium etiam
neomagi incendunt·Eodem anno godefridus et
ſigefridus reges northmannorum·cū inestimabili

multitudine iuxta mosam in loco hasson cõsedentes leodium · traiectum · tungaris · coloniã · agrippinam bunnam cum adiacentib? castellis vburunt Aquisgrani in palacõ equos stabulãtes · opidum et palaciũ incendũt · Preterea in monasteria stabulantes in almundariũ · nidam · prumiã · sacri ordis in vtr oq; sexu ministri · vbi poterãt oportuni? latebãt et sanctor corpa et pignora locis tutioribus absondebãt · Ad hec mala hug filius lotharii ex valdrada pelice in lotharingia · et boso supradict? in burgũdia tirannizabãt · Anno · vi · karolus imperator et gall' et germanis ad auxiliandũ regno vocatis northmannos obsidet · cum quo godefridus rex facto fedele vt sibi frisia ptincia et gila filia lotharii regis vxor dare baptizatus est · et ab impatore de sacro fonte susceptus · Sigefrido quoq; rege nimis munerato eos a regno suo recedere fecit · Qui mox francia repetẽtes · post multas incursiones a karolomãno rege francor duodecimilia argenti pbati · pro tributo exigunt · et sic in · xii · annis pacem pmittẽtes · mare repetũt · Hoc tẽpe rodulph? quida corp? sancti calixti pape et martiris a romana vrbe in francia trãsfert · qui · s · calixtus ieiuniũ quattuor tempor celebrari instituit

CXLVIII · Adhuc de eodem ·

Anno · vii · karolomãno rege frãcor mortuo · cui? frater ludouic? ia prioi anno obierat · northmãni francia repetũt · dicẽtes se cũ rege francorũ tantũ · non cũ frãcis pacisse pepigisse pactũ · Hinc cõpulsi frãci · karolũ impatorẽ ad auxiliũ sibi inuitantes francia ei subiiciũt Qui cõtra northmãnos apud louaniũ castrameta tos · sol' et bis exercitũ misit · sed nichil dignũ fecit Regnauit ergo karolus etiã in francia ãnis quinq; Anno · viii · martimus romane ecclesie · cui · psidet · Hug filius lotharii regis ex valdrada pelice · paternũ lotharingie regnũ · rebellãdo assequi sperans godefrido regi northmãnor · cui sor sua gila nupserat medietate affectati regni pmissa · psuadet vt ab impatore impiales fiscos ad libitũ suum sibi addi peteret · p hoc vtriq; impatorez circũuenire putãs · nã si daret · northmãni hostes regni i viscerib? regni immitterent · si negaret iustã rebellandi causam habere viderent · ad hoc tractãdum iussu impatoris heinrico duce et godefrido in batuã excõdicto conuentib? · inter agendũ godefridus cũ suis pimit · Nec multo post etiam hug abbas heinrico excecat · et nouissime in monachũ prumie attondet · Apud cõstantinopoli basilio impatore mortuo · leo filius eius impat annis · x · et viii · Anno · ix · northmãni a louanio exeuntes · pisius obsident · contra quos heinric? dux exercitũ ducens dum incaute equitat · in foueã quã northmãni factaq; quisquiliis operuerãt · lapsus trucidat · hug dux abbas mire potestatis et prudẽtie mort · Anno · x · karoli iuniorис ipe karol? impator cũ northmannos nequirq; expellere · tandẽ facto fedele cõcessit eis regiones que erãt vltra secanã · quarũ incole cõtra se rebellabãt · que ps frãcie a northmãnis northmãnia denoiata est · CXLIX ·

De visione tormentorum ostensa karolo · Guillermus ·

Divus karoli ferẽ visio · in nomĩe dei sũmi regis regũ · Ego karolus impator dei dono rex germanorũ · et patricius romanorũ · atq; impator francorũ · sacra nocte diei dominice · post celebratũ nocturnaq; horarũ diumũ officiũ · dum irem repausare et vellẽ somnũ capere · Venit vox ad me terribiliter dicẽs · Karole exi et a te modo spũs tuus in hora nõ modica · statim · qz fui raptus in spiritu · et qui me sustulit erat cãdidissimus · tenẽs in manu sua glomerẽ limeũ · clarissimum iubar lumĩs emittentẽ · sicut solẽt comete facere quãdo apparẽt · Cepitq; illuz dissoluere · et dixit ad me · Accipe filũ glomeris micantis · et liga et noda firmiter in pollice tue man? dextere quia p illũ duceris in laberiteas infernorũ penas Hoc dicto pcessit me velociter distorquẽs filum luciflui glomeris · duxitq; me in pfundissimas valles igneas · que erãt plene puteis ardẽtib? · pice et sulphure · plumbo et cera et adipe · Ibi inueni põtifices patris mei et auũculorũ meorũ · quos cum pauẽs interrogarẽ cur tã grauia paterent tormẽta respõderũt · Fuim? epi patris tui et auũculorũ tuorum et dũ debuim? illos et populũ illorum ỏ pace et cõcordia admonere · semmauim? discordias · et fuim? incẽtores malorũ · ido nũc incẽdimur in istis tartareis supplicijs · et nos et alii homicidiorũ et rapinarũ amatores · Huc etiã tui epi et satellites veniẽt · qui similiter amãt nunc facere · Et dũ hoc tremebũd? auscultarẽ · ecce nigerrimi demões aduolãtes · cũ vncis igneis volebãt appẽdere filũ glomeris quẽ i manu tenebã · et ad se attrahere · Sed reuerberãtib? radiis illi? glomeris nõ valebãt illũ attingere · Deinde post tergum meuz currentes voluerunt me aduncare · et in ipos puteos sulphureos pcipitare · sz ductor me? qui portabat glomerem · iactauit sup scapulas meas filũ glomeris · et duplicauit illum · et traxit me post se fortiter · sicq; ascendi? sup mõtes igneos altissimos ỏ quib? oriebant paludes et flumina feruentia · et omnia metallorũ genera bullientia · vbi repi innumeras animas hoim et principum patris mei et fratrũ meorum · et pcipitatas alias vsq; ad capillos · alias vsq; ad mentũ · alias vsq; ad vmbilicum · et clamauerũt ad me eiulando · dum vixi? amauim? tecum · et cum patre tuo et cum fratribus tuis · et cum auũculis tuis facere plia · et hoi cidia · et rapinas p cupiditate terrena · ideo in ista bullientia flumina et metallorum diuersa genera torquemur · Et cum ad hec timid? attenderez · audiui retro me animas clamare · Potentes potẽter tormẽta patiunt · Et respexi · et vidi sup ripas flumis bullientis · fornaces piceas et sulphureas · plenas magnis dracoĩb? · et scorpioĩbus · et serpentibus diuersi generis · Vbi etiã vidi aliquos patris mei prĩcipes · et fratrum meorum · et auunculorũ meorum dicentes michi · Heu nobis karole · vides q; grauia habemus tormenta ppter nostram maliciam et superbiam · et mala cõsilia que regibus nostris et tibi dedim? ppter cupiditatez · Cunq; dolendo cõgemiscerem · accurrerũt ad me dracones aptis faucib? · plenis igne sulphure et pice · volentes me inglutire · At ductor meus triplicauit filũ sup me · a cuius claritatis radiis supata sunt ora eorum ignea · et ptraxit me validi? et descendimus in vnã vallez que erat ex vna pte tenebrosa et ardens velut clibanus ignis · ex altera vero pte tã ameniss̃ima et splendidissima vt nulla ratõne dicere valeam · Verti me contra tenebrosaz et flamiuomã ptem · vidiq; ibi aliquos reges ỏ genere meo in magnis supplicijs · et tunc nimis angustiat? putaui me stati in illis supplicijs demergendum · a gigantibus nigerrimis · qui ipsum vallem

cõflamabant generibus ígniũ· Et valde tremens glomeris filo illumĩate oculos meos vidi e latere vallis paulísper albescere fumu· ibiq duos fontes fluere· Vnus erat nimium calidus· alter vero clarus et tepidus· et erant ibi duo dolia ¶ L· Qualiter patrem suum vidit in tormentis et auũculum in deliciis·

QVnq illic irem· filo glomeris regente gressus meos· intentus sup vnum doliũ vbi erat feruens aqua· vidi ibi patrẽ meum ludouicũ stare vsq ad femora· Et dum essem nimis dolore aggrauatus et angore pcussus· dixit Domine meus karole noli timere· Scio qr reuertetur rursus spiritus tuus ad corpus tuum· et pmisit te deus huc venire vt videres ꝑpter que peccata ego et oĩs quos vid isti talia toleramus supplicia· Vno eñ die sum in isto feruentis dolij balneo· et altero die trãsmittor in alio isto suauissimo aque dolio· et hoc fit pcibus sancti petri et sancti remigij· cuius patrocinijs hactenus genus nostruz regale regnauit· Sed si michi subueneris cito tu et mei epi et abbates· et oĩs ordo ecclesiastic?· missis et oblatõib?· oratõib? et psalmodiis vigilijs et elemosinis velociter liberabor de isto aque feruẽtis dolio· Nam frater me? lotharius et ei? filius ludouic? sancti petri sanctiq remigij pcibus iam exempti sũt de istis penis· et iam ꝺoucti in padisi gaudia· Dixitq ad me· Karole respice sinistrorsuz· respexi· et vidi duo dolia bullientia altissima· Ista inquit tibi sunt ꝑparata nisi te emẽdaueris et penitentiã egeris de tuis nephãdis ỏlictis· Tunc cepi grauiter horrere Cernẽs aũt me ductor me? i tãto pauore ꝓstitutũ dixit ad me· Seq re me ad dexterã luculẽtissime vallis padisi· Et cũ graderemur· cõtemplatus sum in ĩgenti claritate sedere lothariũ auũculum meũ· cum gloriosis regibus sup lapidem topaziũ· mire magnitudis coronatũ diademate pcioso· et iuxta eũ ludouicum filiũ eius similiter coronatũ· Videsq me comiter accersiuit blanda voce dicẽs· Karole successor meus nunc tertí? in impio romanorum veni ad me· Scio quia p penalẽ locũ venisti· vbi est pater tuus· frater me? in termis sibi destinatis posit?· seꝺ p misericordiã dei citissime de illis penis liberabitur· sicut et nos liberati sum? meritis sãcti petri et pcibus sancti remigii· quib? deus magnũ apostolatũ dedit sup reges· et sup gentes francorum qui nisi quisquilijs ꝓpaginis nostre suffragat? fuerit· iam deficeret genalogia nostra regnare et ĩperare· Vnde scio quoniã tolleẽ citius potestas ĩperij de manu tua et postea puissimo viuet tẽpe· Tunc conuersus contra me ludouic? eius fili? dixit michi· Impium quod hacten? tenuisti· iure hereditario debet suscipere ludouic? filius filie mee· Et hoc dicto visum est michi affore in ꝑsentia ludouicũ infantulũ· Tunc intuẽs eum lothari? dixit michi· Talis videẽ esse infans· qualis ille puer fuit quẽ statuit dñs in medio discipulorum et dixit· taliũ enim est regnum celorũ· Dico vobis· q angeli eorũ semp vident faciẽ patris mei qui est in celis Tu vero redde illi potestatẽ impij p filũ glomeris quod in manu tenes· Disnodans ergo filum ỏ pollice dextere mee· donabã illi monarchiã omnez imperii p filum glomeris· Statimq ipm glomus fulgidum sicut iubar solis coadunatũ est totũ in manu eius· Sicq post hoc factum mirabile· reuersus est spũs me? in corp? meũ valde fessus & cõterritus· ¶ LI· ¶ De fine imperii karoli et imperio arnulphi· ¶ Sigibertus·

POst hanc visionẽ· vix duobus annis sup uixit karolus· Itaq karolus impator zelatus vxorem suã· ꝑ eo q plus iusto familiariter ageret cum limbiuardo vercellẽsi epo· ꝓtestat in concione nunquã se cum ea coisse· Illa vero virginẽ se esse gloriata· accepto repudio monasteriũ petijt· Tandem imperij sui anno· xii· Karol? corpe et anima deficiẽs· ab optimatib? regni repudiat· et arnulph? fili? karolomãni regis fratruelis eius in regnũ sublimat· Anno· ſ· domini· dccc· xci· Mundi vero quartimillesimo· dccc· liiij· et regnat annis· xii· Hic arnulph? patruo suo karolo et impatori etiam necessarijs egenti fiscos ĩ alemania ỏlegauit· Qui sequenti anno· obiit· Romanum impium et francoruz regnũ misere discerpitur· In italia nẽpe berngari? et vvido de regno contendũt· Franci vero neglecto karolo filio ludouici balbi puero vix decẽni regem sibi ꝑficiunt odonem filium roberti ducis· quem a northmannis occisum supradixim?· Rodulph? autẽ corona sibi impoita· rex burgundionũ statuit· qꝺ regnuz multo tempore durauit· ¶ LII· ¶ De patientia· et bonis actibus regis elfredi· ¶ Guillerinus·

ELfredus autem de quo supdictũ est fuit vir literatissim? semp valitudis a dũse et semp aut fico· aut aliquo interaneorum morborũ agitatus· quẽ tamen a dño pcibus exegisse aiũt· vt mim? illecebras amplecterer mũdanas Centurias et ꝺcurias instituit· et tantã pacem patrie infudit· vt etiam p publicos aggeres· vbi semite p quadruuiũ fundunt· armillas aureas iuberet suspendi· que viatorum auiditatem riderent· dum non essent qui raperẽt· Romaz et ad sãctum thomã in india mlta munera misit· Legat? in hoc missus est· Sigelm? scireburnenſ ep? qui penetrãs indiam· mltas gemmas et plima aromata inde retulit· et partem ligni dominici missaz regi a papa marino· monasteriũ vnũ cõstruxit ĩ adelingia vbi olim captiu? latuerat· ibiq iohannẽ abbatem instituit ex antiqua saxonia oriundũ· Alterũ ĩ vvintonia qꝺ diciẽ nouũ monasteriũ· vbi grimbaldũ abbatem cõstituit· qui se vocante· et archiep̃o mittente cognitus q se puerum olim vt fuerunt· rome humanit benigno cõfouerat hospitio causa euocatõis fuit· vt literature studiũ pene iã tunc in anglia sepultũ· suscitaret sua industria· Itẽ sceftonienſe monasteriũ· et sãctimoialib? ĩpleuit vbi et abbatissam cõstituit filiã suam elfginã· Habebat autem ex sancto dervviaſſionem· qndã nobiliter eruditũ· quẽ scireburne fecit epm· Hic sensum librorum boecii de cõsolatõe planioribꝰ verbis enodauit· quos rex ipe in anglicã linguã cõuertit Euocauit ex merca vvintoniorum epm vvefridum qui iussu regis dyalogorum librorum in anglicũ guertit Post hũc reguit edvvard? cuius soror vel mater echelfleda expta primi part? difficultate perpetuo a viro abstmuit· ꝓtestans non cõuenire regis filie vt tanto piclo se ꝺmitterz· Edvvardus regnauit annis· xxiii· et dedit filiam suam editham karolo regi francoruz filio ludouici balbi· filias suas primo instituit literis eruditi mox colo et fuso et acu exerceri· filios quoq suos primo literis fecit imbui· deinde regni gubernacula addiscere·

¶ LIII· ¶ De quibusdam incidẽtib? illi?

tempozis ¶ Sigibertus.

HAnno impij arnulphi primo northmãni pisius expugnare non valentes burgundiã aggrediunt̃·et senonis vrbez oppugnãt sed nõ expugnãt· Deinde a senoĩs pisius repetũt·et inde repulsi p macronã fluuiuz trethas vrbem incendũt·et vsqz ad virdunũ et tulluz vrbes cũctas deplanẽ· Anno eiꝰdẽ·iii· scꝰ woaldi cuſi baioaria nasciẽ· Anno quĩto stephanꝰ romane ecclesie·ex·pfiz·Northmãni lotharingiã repetẽtes·circa leodiũ cũ xpianis pugnãt et vincunt. Sunderoldꝰ magũcie archiepus·a northmannis vormacie martirizãt̃· Arnulphus rex audita ceꝺ suozũ a baiota cõtra northmãnos pugnaturus pperat cũ valido exercitu quos sup fluuium quitilia diciẽ pedestri prelio adorsus tantã ex eis stragem fecit·vt ex innumerabili multitudĩe vix supesset qui ad classem reuersus nunciũ ferret·Northmãnoz residui trãsuadata mosa·ribinariã et arduennã vastãdo puagantes trãs mare recedunt. ¶ Ex cronicis· ¶ Porro idem northmãni alio tẽpore cũ carnotũ obsediſſent·a ricardo duce burgundie·ac roberto comite exterziti et in fugã cõuersi sunt·ostẽsa beate dei genitricis camisia·quã a bizancia karolus caluus detulit· ¶ Sigibertꝰ· Claruit hoc tempore remigiꝰ antisiodorenſ in exponẽdis scripturis diuinis et humaĩs studiosus· hoc tẽpe claruit in burgũdia berno ex comite abbas gigniacenſ cenobij a se fundati·qui etiam ex dono aue comitisse ostruxit clugniacuz cenobium in cellã gigniacensez·Anno·vi·eiusdẽ· karolꝰ rex hundeñ·regẽ northmãnoz baptisari fecit·eũqz ꝺ sacro fonte suscepit· ¶ Ex cronicis· ¶ Tũc igiẽ ira dei erga franciã versa est in misericordiã· Northmãni siquidẽ et dani qui regnũ francoz p ãnos xl·et amplius pene ad nichilũ redegerãt·ita per ricardũ burgũdie ducem·et robertũ pisiensẽ comitem odonis quondã regis fratrẽ sunt deuicti· vt et ipi dei misericordiã implorarẽt vt efficerentur xpiani·Erãtqz duces northmãnoz tpe illo duo cognati·rollo·ſ·ac gello·Consilio igiẽ accepto karolus rex cũ optimatibꝰ suis gillã filiam suã et totã neustriã dedit rolloni·accepta spõsione baptismi recipiendi·Suscepit autẽ rollonẽ de fonte comes pisiensꝰ robertus·et vocatus est scõm nomẽ illiꝰ Et hic fuit prĩo dux northmãnoz·genuitqz guillerinũ·Guillermus aũt ricardũ scꝺz·Et iste ricarduſ ricardũ terciũ·eiusqz fratrẽ robertũ qui appuliã et siciliã et calabriã acquisiuit·ac venetos et alexiũ imperatorez grecoz deuicit·Hic est robertus guiscardi pater·Guillerini nothi·qui haroldũ regem anglorum in bello interfecit·Hij sunt duces northmãnoz et reges anglorũ qui ex rollonis genere pdierũt· Gelloni vo eius cognato·rex karolus mõtem blesensem tradidit·in quo castrũ edificãs habitauit·acceptaqz vxore nobili genuit theobaldũ vetulũ·Theobaldꝰ odonẽ cãpanensez ex filia cõradi imperatoris genuit qui dictus est campaiensis·eo q ĩ cãpo natꝰ fuit·Odo genuit oddz odo theobaldũ et stephanũ·Stephanus aũt theobaldũ comitez·hec est genealogia blesensiũ comitũ ex pgenie gellonis northmãni descendentiũ·

¶.Liiii. ¶ De conuersione rollonis et relatõe corporis sancti martini· ¶ Guillermus·

RArolus gener edwardi regis ãglie·rollonem accersiuit et xpianuz fieri fecit·et northmanniã dedit ei cum filia sua gilla q̃ esset vas pacis·ita vt ipe rollo teneret northmãniã de rege francoz sicut de domio suo·Tũc astãtibus cõsulentibus vt pedem largitoris osculare tur·Dedignatꝰ genubus regis aduolui·apprehẽsum pedẽ eius ad os stans attraxit·Quo resupito secutus est risus northmãnorũ francis reprehendentibus·excusat rollo factum·allegans talẽ sue puicie morem·dedit etiam idem karolus eidẽ rolloni northmanicũ comitatũ·et britaniã que sunt appendices northmãnie· ¶ Odo abbas cluniacensis· ¶ Rollone ad fidem cõuerso·relatũ est corpus sancti martini ab ãtisiodoro turonũ·In cuius reditu quicũqz qualicũqz incõmodo detenti·etiaz nõ apportati·etiã nõ rogãtes·etiã nõ volẽtes sũt sanati·Nam duo palitici de morbo suo victuz q̃rentes·audientes que fiebãt cõmuĩcato consilio: aptatis baculis sub ascellas repere magis q̃ pfugere tẽptabãt·fugientesqz inuiti sanati sunt· Qꝺ ipi postea pfessi sunt non audentes celare· Ingresso autem martino fines prochie sue tempe pruma li·omnia frutecta vestita sunt foliis et floribus· et tam cerei q̃ lãpades accendebanẽ igne diuinitꝰ misso·maxime in duabꝰ basilicis in eius nomĩe cõsecratis in maiori monasterio· et ecclesia noui castri·in qua nunc vsqz seruaẽ·et dextera leuaqz in omnibus ecclesijs campane diuinitꝰ pulsabantur nemĩe tangente·Factum est hoc ãno a trãsuectõne eius·xxxj·idus decembris·et sinodali auctoritate decretũ est· vt hoc festum celebre agereẽ ab adalardo archiepo t̃onẽsi·et puĩcialibꝰ suis raymone·aurelianensi·fratre adalardi mainoldo cẽomanensi·lupo andegauensi·et suffraganeis totiꝰ puĩcie episcopis· ¶.Lv. ¶ De bonis imitijs sancti odonis cluniacensis· ¶ Sigibertus·

HAnno arnulphi·viij·odo musicꝰ ex clerico turonẽsi monachatũ pfiteẽ sub bernone abbate· ¶ Ex cronicis· ¶ Hic vtiqz fuit mire sanctitatis·icõpabilis in monastica disciplina feruoris·ac pene suo seculo · eiusqz feruore et industria monachoz illius temꝑis tepor ·vsus est in ardorem·et in fidei ac religionis deuotõem Valde quippe p ipm ac sub ipo reflorzuit monastica deuotõ iam exiccata·et beati benedicti laudabilis institutõ plurimuz in diuersis cenobijs reuixit et qualuit reparata·Hic etiã ãtiphonas et hymnos ꝺ beato martino dictauit·et vitam beageral di descripsit·Hic a p̃fato remigio antisiodorensi ĩ musica et dyaletica a primo eruditus est· ¶ Ex gestis eius· ¶ Hic cũ adhuc apud turonicã habitaret rogatus a fratribus vt moralia beati gregorij pape sub vno eius volumĩe coartarz·pfessus est se hoc facere ñ posse·addens etiã si facultas agendi sibi adesset·non debere tamen hoc agere·ne tãti viri laborem immutare·vel aliquid demere viꝺ reẽ·Illis in petitõe psistentibꝰ·quadã nocte dum intra ecclesiam beati martini ꝺsuete oratõni insisteret·subito ei somnus obrepsit· Viditqz in visu sãctorum chorũ desursum venientẽ in eandez ecclesiam descendere·et post omnes beatum gregoriũ papam vltra omnes qui pcesserãt vultu et moribus splendidum et ornatũ· Mox illo veniente omnes surgunt·et flexis ceruicibus benedictõem petunt·Qui non inter eos vsqz deorsum descendit sed sup ambonem ecclesie subsistit·et beatũ odonem in terra pstratũ vocauit dicens·Surge fraẽ odo·noli timere·Qui cum surrexisset·vidit quasi more scriptoris super auriculam eius pennã hñtẽ

poucti accumiatam et in sumo fissam · Quam sumens beatus gregorius · eamq; ei tradens ait · Age securus · et pfice opus tibi iniunctum · et quem cōposueris librū nō delebis · et me? stabit in eternū Et cōtinuo euigilās intellexit protin? quod viderat · Deinde sumēs volumen illud magnū diligenter plegit et saniorē ptem quā puidit sub vno volumine apposuit · Sicq; murmuratōez eorū apescuit · Quidā vero frater adhegrin? nomine querens monasteriū secretioris locū · quo possz requiescere deuenit in finibus burgūdie vbi erat monasteriū a bernone abbate cōstructū · a quo ibidē officiosissime susceptus ibi aliquādiu more hospitis amoratus est · vt mores habitantiū cognoscere posset Illic seruabanē institutа patris enticij · Quod ille innuēs quātoti? nūciare curauit patri odoni · At ille sumptis secum · c · voluīmibus librorū · mox ad illud monasteriū demigrauit · Illic ergo frater adhegrinus in vna cellula se coartans pmittēte bernone abbate māsit in ea p triennū · Patri vero odoī quia vir scolastic? erat tricenari? laboriosum scole imposuerūt magisteriū · ¶ · LVI ·

¶ De electione formosi portuensis in papatū ex dissensione ppter ipm · ¶ Sigibertus ·

ANno arnulphi · x · formos? portuens epi scopus romane ecclesie · cxi · psidet cōtra voluntatē quorūdam romanorū qui sergiū diaconū romane ecclesie facere voluerūt · seo nō pualuerāt · Hic formosus cum aliqñ in sinistrā suspitōem venisset · Iohāni · viij · pape timore eius fugiens episcopatū portuensem reliquit · Et qz reuocatus a papa redire noluit anathematizat? est Tandē ad satisfaciendū pape in gallia veniēs vsqz ad laicalem habitū degradat? est · iurans se nō amplius romam intraturū · nec episcopatū sue vrbis repetiturū · cōfirmās etiam ppria manus scripto se in laicali omunione pseueraturz · Post a marino successore iohānis in episcopatū cōtra datū sacramentū restitutus · nō solū romam intrauit · sz etiā romāe ecclesie papatuz suscepit · ppter quod cū multo scandalo multa p multos annos questio et cōtrouersia agitata est in ecclesia · Alijs eius & ab eo ordinatorū cōsecratōz irritā esse debere pīu dicātib? · Alijs contra qualiscūqz fuerit formosus tamē ppter sacerdotalis officii dignitatē et fidē eorū qui ordinati fuerāt omnes cōsecratōnes eius ratas esse debere saniori cōsilio iudicātib? pserti cū ipe formosus a marino papa absolut? fuerit a sacramenti piurio · Ab hoc formoso arnulph? rex inuitatus romam venit · sed non admiss? · romam leomanā obsedit · lepusculo forte versus vrbē fugiente · et exercitu cū nimio clamore sequēte · romani timētes se de muro pijciūt · et hostib? pfractos aceruos murorū ascēdendi locū faciunt · Sic capta roma illos qui papā iniuriauerant decollari fecit · et a papa in impatorem benedicitur ·

¶ LVII · ¶ De fine arnulphi imperatoris ·

ANno sequēti xvido rex arnulphū impatorē se vsqzquaqz psequentē non ferens qppe cui nec vrbes nec castra muīta natura resistere poterāt · dū se fugiēdo tutareē · ipator vxorem eius obsedit que iā reb? suis diffidēs p vnum familiarē impatoris · multa pecunia corruptū ei poculū mortiferū dedit · Quo hausto · p triduū excitari non potuit · apertis oculis nil loq aut sentire valēs · que res eū repedare coegit · eū qz recedentem xvido psecut? pcussus ab eo obiit

Anno sequenti bonefacius romane ecclesie · cxii · psidet · Arnulphus impator longa egritudīe dissolutus · vel vt quidam ferūt afflict? a minutis vermibus quos pediculos vocāt adeo in corpe eius scaturientib? vt a nullo medicorū minui possent morie · Eodez āno stephan? romane ecclesie · cxiii · psidet mensibus · iiij · Hic primū a formoso papa epūs anagume ecclesie ordinatus · ipm formosuz psequē · et ordinatōes eius oms irritas debere cē discernit · et alia horribilia dictu in eū fecit · Legitur etiam qp ipe et non sergius corp? formosi a sepulcro in cōcilio pstratum · et papali veste exutū laicali īduit · et abscisis duob? digitis dexterе manus eius · in tiberim pcipitari fecit · Post hunc romanus psidet · cxiiii · ¶ · LVIII · De imperio ludouici terci et papatu sergij ·

filio per angeli mínisterium hoc implendum cē nō dubitatur · Sic enim in euangelio dicítur · mittet ā gelos ſuos cum tuba & ꝯgregabunt electos eius a quattuor ꝑ · t · Et iterum Exibunt angeli & ſepe rabūt malos de m · iuſtorum · Hec itaq; vox ab om nibus audietur · eiuſq; virtute mortui reſuſcitabū tur · boni quidem in gloriam immutaturi · & ī mul tis bene diſpoſiti · Mali vero quantum ad dimínu tōnem membrorum íntorrupti · ſed prauis & paſſi bilibus corporum qualitatibus non príuati · Oīs igitur reſurgemus boni & mali in momēto ī ictu oculi · Non enim pit deo terrena materies · de qua mortalium caro contrahitur · ſed ī quemcunq; pul uerem cinerez u e reſoluatur in quoſlibet alitus au raſq; diffugiat in quamcunq; corporum ſubſtanti am · vel in ipa elementa vertatur · m' quorumcunq; animalium vel etiam hominū · cibum carnemq; mu tetur · illi anime in puncto temporis eam reddet · que illam primitus vt homo viueret aīmauit · R e ſurget autem non fantaſtice ſed vere · quidquid ē de veritate humane nature · Et in eo reſurget vnū quodq; in quo primitus habuit oportunum ſuum eſſe · Vnde coſta ade detracta non reſurget in adā ſed in eua · Quia formata muliere perfectior fuit homo quantum ad conſeruatōnem ſpēi ꝙ ante Ea dem etiam ratōne manus hominis ꝑmeſta ab hoīe alio reſurget in primo · Quia vero corp? humanuz perfectiſſimum eſt omnium corpoꝝ inferioꝝ · caro bouina ab homine cōmeſta & in carnem eius mu tata reſurget in ipo cōmeſtore · nimirū non in ſua ſpē prima · ſicut nec terza de qua formatus eſt adā ſed ſub ſpē carneitatis humane · Deciſio quoq; q̄ fit ex parentibus in humana generatōne non in ip ſis reſurget · ſed in prole · quoniam in ea primo ha bet oportunū ſuum eſſe · nec etiam vnq̄ fuit vt di cunt quidam de ſubſtantia carnis pentum actu ſz poteſtate · Eit eñ de ſuperfluitate humiditatis ter cie · parata viri membroꝝ ſubſtantie · Tunc ſecun dum apoſtolum omnes electi de diuerſi mundi p tibus occurrent ſibi inuicem in virum perfectum · id eſt in virilem perfectōnem · quaſi ſcilicet in ſta tu etatis · xxx · circiter annoꝝ · in qua chriſtus habu it annorum & corporis plenitudinez · Igitur vnuſ quiſq; menſuram corporis ꝑplenitudinem ſui reci piet · quam in etate · xxx annoꝝ habuit · etiam ſi se nex obiit · vel quam in illa habiturus eſſet ſi vſq; ad eam peruenisſet · Ita vero modificabitur ī vno quoq; materies illa corporis · vt nihil ex eo pereat nihilq; ſuperfluat · Sed & ſi quis alicui defuerit il le ſupplebit qui ō nihilo fecit quod voluit Et ſi q̄d enormiter abundauerit in parte aliqua per totum ſpergitur · ita q̄ ibi nihil indecoꝝ erit · ſed omīa de centia · Nec erit neceſſe ea que de cadauere dilapſa ſunt ad eaſdem partes redire corporis vbi prius fuerunt · Sed ſicut ſtatua quando iterum funditur quod prius erat de naſo fit de pede vel econuerſo idem tamen ſimpliciter qui prius & naſus & pes erit · licet non eadem materia ſit · quia non iudicat yoemptitas ſecundum materiam ſed ſecundū for mam · Sane ibi erit etiam ſexus diuerſitas · non qui dem ſeruiens vſui vel libidini · ſed nouo decori & diuine laudi · Porro hermafroditus ī eo ſexu reſur get quem ei natura dediſſet ſi non impedita fuiſſet Mortui ergo qui in chriſto interim quieſcūt reſur gent prim · non quia ibi ſit ordo temporis ſed di gnitatis · Reſurget autem vnuſquiſq; in ſuo ordīe ſcilicet apoſtolus vt apoſtolus · ꝓpheta vt ꝓpheta & ita de ceteris · Tunc & illi qui viui reperiētur · ſecundū apoſtolum ſimul cum illis qui dormierūt obuiam in aera chriſto rapientur · & vt dicit in ipo raptu morientur · ſtatimq; reſurgent vt anima de corpore quaſi per ſoporem egreſſa · eidem ī momē to reddat̄ ·

¶ CXIII · ¶ De miraculo & cā reſurrectōnis noſtre ·

HInime quidem etiam exute corporib? ap petunt incorporatōnem · Vnde & illo appetitu vtcunq; retardanē ne ex toto cō fluant in ſūme maieſtatis contemplatōnez · Sed & corpus naturaliter appetit animam tanq̄ perfecti onem ſuam · verum licet in vtroq; ſit mutue conū ctōnis deſideriū · non tamen poſſūt a natura itera to coniungi · ſed miraculoſe tantum · Primo quidē quia non poteſt fieri regreſſus a príuatōe in habi tum per naturam · ergo nec a morte ad vitam · De inde quia ipa reſurrectō ſubito ſienda legitur · na tura ſucceſſiue operatur · Tercō quia coniunctio ipa intiſſelubilis erit · & corp? impaſſibile · quod natura nullaten? poteſt facere · Quarto quia reſur get idem corpus numero · natura vero nō facit idē numero ſed ſpē · Ex ſimilibus nanq; ſimilia procre at · ſpēmq; per indiuiduoꝝ multiplicatōnem con ſeruat · veruntamē duplex erit in reſurrectōe cor poꝝ coniunctō · vna ſcilicet actō quam miracu loſe faciet deus angelorum miſterio · alia vero relatō media inter partes coniunctas · Et hec naturalis erit · ſicut in ceco illuminato viſus habitus fuit mi raculoſus · & viſus actus naturalis · Itaq; nō opt; dicere · q̄ reſurrectō ſit naturalis · quoniam illa ſe cunda coniunctō · que eſt relatō nō eſt reſurrectō ſed conſequens ad reſurrectōnem · Dicitur autem reſurrectō chriſti cauſa noſtre reſurrectōnis forte quia quodammodo cauſa motiua eſt liberalitatis patris · vt amore chriſti faciat fratres eius reſurge re glorioſe · Sicut cum rex terrenus filium ſuū mi licem facit eius amore multos alios etiam milites facit · Eſt etiam cauſa motiua quantum ad nos · qz mouet nos ad reſurrectōnis gloriam bonis operi bus adquirendam eſt iterum eius cauſa formalis id eſt exemplaris · Hec omnia que dicta ſunt ante iudicium illud extremū fuēa fūt · ¶ CXIIII

¶ De aduent? iudicis illuſtratōe ·

OMnibus itaq; reſurgentibus & in occurſū iudicis ꝓperantibus · Obuiabit in primis peccatoribus iſta facies delictoꝝ ſuorū omni tormēto amarior · Inde nanq; conſcientie re morſio · inde timor doloꝝ · deſperatō · Inde etiaz in eſtimabilis confuſio · dum vniuerſa multitudo ſpe ctantium leget ī eorum pectore · ſtilo ferreo ſigna tas ymagines peccatoꝝ · Tunc em̄ ſecundū apoſto lum cogitatōnes animam accuſabunt · non vtiq; que tunc erunt · ſed que nunc ſunt · quia quaſdam ſui notas & ſignacula · in corde velut in cerā relin quunt · Hi ſunt libri ſingulorum qui tunc omnes ape rientur · quia per aduentum iudicis non ſoluz tene bre aeris illumīabuntur · ſed etiam abſcondita cor dium manifeſtabuntur · Et tunc illud euangelij ī plebitur · nihil opertum quod non reueletur &c̄ · Quadam em̄ virtute diuina fiet · vt vnicuiq; opa ſua bona vel mala · cūcta ī memoriam reuocentur ac mētis intuitu mira celeritate cernantur · vt ho minem vel accuſet conſcientia vel excuſet · eaq; te ſte uel damnetur uel ſaluetur · In electis autē uel omnino delebitur memoria priſtīe conuerſatōnis ſuccedentibus eternis bonis · uel potius habebunt

priozz malozz memoziam · vtiqz non ad penam · vel glozie derogatõnem sed ad gratiarum actõnem · Tunc itaqz reprobi desperantes · & ante faciem iudicis apparere formidantes dicent montibus · operite nos a facie sedentis super thronum · Vt enim ait crisostomus super matheum · satiꝰ est mille fulmina sustinere · qꝫ vultum illum mansuetudinis ac pietatis plenum · nos tamen auersantem videre · Illosqz totius tranquillitatis oculos nequaqꝫ sustinentes nos aspicere · Dicit etiam hieronimꝰ qꝫ sol & luna lumen suum retrahentes & seueritatem iudicis aspicere non valebunt · non quo clementõza sunt dei iudicio · sed quo omnis creatura in tozmẽtis aliozz de suo iudicõ pertimescat · Virtutes quoqz celozz. id est angeli tunc moueri dicuntur · non quidem metu damnatõnis vel aliqua perturbatõe pauoris · sed admiratõne quadam eozz que viderit Vt autem ait beda · quid patietur virgula deserti · vbi concutietur cedrus paradisi · ¶ CXV ·

¶ De sessione iudicis & assessoribus ac testibus ·

Tunc igitur electis in aera domino occurrentibus · & reꝓbis in terra quam dilexerunt remanentibus in valle iosaꝑhat · id est iudicij sententiam expectantibus sedebit in aere · nube sibi ministerium exhibente · sicut factum ẽ in eius ascensione · sicqz faciet iudicium constipatꝰ agminibus ac virtutibus celozz · omniuz quoqz creatura armata ad vltõnum inimicozum · In forma vtiqz serui christus iudicabit · in qua coram pilato iudicatus fuit · Que & tunc non habẽs spẽm neqz decozem omnibus spectaculum fuit · & tunc in gloria decozis omnibus hominibus apparebit · Cunqz vt ait augustinꝰ in forma serui glozificata · viderit eum boni & mali tolletur impijꝰ ne videat gloriã dei · i · diuinitatis claritatem · Hanc enim soli mundi corde videbunt · qꝫ vita eterna erit eis · Itaqz pater non iudicat quemqꝫ · sed omne iudicium dedit filio · quia filius hoĩs est · Non qꝫ ipse sit filius ex virtute humanitatis · vel sine patre & spũsancto iudicaturꝰ sit · sed quia iudicans in forma hominis glozioſa apparebit cunctis · impijs quidem teribilis · iustis vero mitis · quia malos terrebit · iustos autem illuminabit & letificabit · Iudicabit tamen virtute diuinitatis non humanitatis · & hoc cum patre & spũsancto sicut & corpoza suscitabit · Quod tamen eius humanitas factura legitur · quia dabit in forma hominis meritum & causam nostre resurrectõnis · in passionem & resurrectõnem suscepit · & forte secundum eandem formam vocem dabit qua mortuos suscitabit · Vnde ipse princeps angelozz christꝰ ab apostolo vocatur archangelus · vel vt hocipsuz archangelus aliquis eius imperio sit facturus · nõ autem solus christus · sed & sancti cum eo iudicabunt nacõnes · ipo dicente · sedebitis & vos super duodecim sedes &c̃ Nec solum duodecim apostoli cum eo iudices sedebunt · alioquin paulus ibi nõ sederet · sed omnes perfecti qui relictis omnibus ipm secuti sunt · Per duodecim nanqz sedes perfectio tribunalis accipitur · id est vniuersitas iudicãtium · & per duodecim tribus vniuersitas iudicandozum · Eruntqz testante beato gregozio quatuoz ozdines in iudicõ · duo scilicet electozz · & duo reꝓbozum · Electozz nanqz quidam non iudicabuntur sed iudicabunt & regnabunt vt perfecti · quidam iudicabuntur & regnabunt vt mediocriter boni · Reꝓbozz vero quidam iudicabuntur & peribunt · vt mali catholici · Quidam vero non iudicabũtur sed peribunt · vt increduli quozz damnatõ toti ecclesie nota ac certa est · Erit autem ibi iudiciũ quadruplex · Iudiciuz prime auctozitatis quod erit trinitatis totius · principalis administratõnis · qõ erit christi solius · Assessionis · quod erit perfectozum · & compatõnis quod minus malozz · iuxta illõ Regina austri surget in iudicio c · g · i · &c̃ · Cum vero perfecti potestate vel auctozitate iudicaturi legũtur · potestas vel auctozitas large sumitur · non pma videlicet · sed secunda que ex iudicis assessione contrahitur · Vnde qui vicerit inquit dabo ei sedẽ in · t · m · an · c · His enim in throno sedere filij est ex ipsius potestate iudicare · Aderunt etiam cum eo tunc omnes angeli scilicet humanozz actuũ testes futuri · sub quozum custodia bene vel male egerũt vt ait ozigenes super numeri · Vnusquisqz inquit angelozz in extremo iudicõ aderit · ꝓducens secum illos quibus prefuit · quos adiuuit · quos instruxit ꝫ quibus faciem patris semper vidit · ¶ CXVI

¶ De meritozz discussione ·

Tunc seperabit iudex bonos a malis · sicut pastoz oues ab hedis · Quibus nanqz cõparantur electi potius qꝫ agnis propter spũalem fecunditatez Reprobi vero nõ capris · sz hedis propter sterilitatez Tunc vt ait gregoriꝰ nazanzenus · omia pendebunt ĩ statera iusticie · gesta scilicet & verba & cogitatõnes nostre · Mala eniz & bona contra se inuicem diuersa lance pendẽtur ut pars que preponderauerit vincat · & quo vergit opus illuc irreuocabilis sententia decidat · tũc iudex improperabit nobis non solum mala que fecimus · & bona que per negligentiam omisimus verum etiam beneficiozum suozz multitudinẽ que ingrate suscepimus · & quibus abusi fuimus castigatõnes & medelas · atqz remedia · quibus adhibitis curati non sumus · Propter vos inquiet cum in forma dei essem · hanc serui formã accepi in qua & · xxxnj · annis vobis laboriose seruiui · salutez vestram operando · predicando · discurrẽdo · sustinẽs in factis meis obseruatozes · in dictis cõtradictores & murmuratozes · In hac quoqz pro vobis flagellatus sum · conspuꝰtus palmis · in faciem cesus · spinis cozonatus · morte turpissima condemnatus crucifixus · aceto potatus · mortuꝰ · lanceatꝰ · paradysum vobis aperui · regnum meum vobis obtuli · Nec vos coegi · sed libertatẽ spũs vobis concessi · humilẽ solũmodo voluntatẽ ĩ vobis reqsiui · Quid vltra debui vob facẽ et ñ feci · Dicite mihi peccatores · natura mortales & passibiles · quid passi estis ꝓpter me dominatozem vestrum · qui tanta ꝫ vob iustus & impassibilis passus sum Tunc etiam qualitercũqz ꝓferentur illa preconia bonozz · Esuriui & dedistis mihi man · c̃ · Vbi aduertenduz est qꝫ in retributõne dominus opera misericozdie potius qꝫ opera penitentie vl iusticie cõmemozat · vt se ꝫ num ad remunerandũ ostendat · Si enim ea que naturalia sunt ac per hoc facilia (quia pietas ipa naturalis ad hoc animum mouet) tanto premio remunerabit multomagis ea que sunt difficilioza · Itez vt ostendat qꝫ quicunqz saluabitur magis ex misericozdia dei · qꝫ ex suis meritis saluabitur · & ei solum qui misericozdiã fecerit · misericozdia impendetur · Ac si dicat · Vestra quidẽ merita tanto premio non sunt condigna · sed quia dignos misericozdia uos fecistis miserendo uidelicet alijs · cõgruũ est ut misericozdia respondeat uobis · Similiꝫ ubi

mali redarguuntur · sola immisericors auaricia memoratur · Ibi quoq; considerandum est quid mereatur qui aliena rapit · si damnabitur eternaliter qui sua non dedit · Iudicium nanq; sine misericordia fiet ei qui non facit misericordiam · Quod autem dicuntur responsuri · Domine quando vidimus te esu · &c̄ · Cum dicant sancti · q̄ omnis līgua obmutescet in die iudicij · per ypotesim potest intelligi · scilicet non quia reuera huiusmodi alteratō futura sit · sed quia si fieret iudex ratōnabiliter hanc eorum responsionem vel excusatōnem compesceret · Vñ dicit cōmestor · q̄ hec bonorum & malorum cōmemoratō nihil aliud erit q̄ q̄ singuli merita sua cognoscerēt · quib⁹ saluabunt̄ & dānabunt̄ ¶ CXVII ·

¶ De sn̄ie platōne ·

Deniq; pferetur super utrosq; sententia scilicet venite benedicti & ite maledicti siue vocali sono siue alio modo Hec etem̄ & huiusmodi omia plurimi magis putant conscientijs · q̄ verbis exprimenda Ibunt igitur reprobi in supplicium eternum · iusti autem in regnum eternum · In disceptando fuit ordo contrarius · quia prius est boni dei · prius recordari beneficia bonorum · q̄ malefacta malorum · Postmodum autē in exitu vtrorunq; prius nominat penā malorum · vt pri⁹ quę timoris sunt euitemus mala · postea vero que bonoris sunt appetamus bona · vel quia reprobi damnatōnem ipam ex condigno meruerunt · electi vero gloriam illā ex dei misericordia potiꝰ q̄ ex meritis obtinebunt · Quia tamen vniuerse vie domini misericordia & veritas · sicut electos remunerabit supra condignum · sic etiam reprobos puniet citra condignum · Eternaliter tamen licet peccauerit tē poraliter · quia vt dicit gregorius · iustum est vt nū q̄ careant supplicio · qui nunq̄ voluerunt carere vel esse sine peccato · Ideo nanq; cum fine peccauerunt · quia cum fine vixerunt · Voluissent autem sine fine viuere vt possent sine fine peccare · Notandū vero q̄ de reprobis dicitur · Ibunt hi · s · a facie domini & omnium sanctorum consortō proiecti ī supplicium eternum scilicet ignis inferni · Ecce duplex pena reprobis preparata · scilicet excisio vel seperatio a regno & cruciatus in inferno · Hec sunt securis & ignis de quibus dicitur in euangelio · Omis arbor que non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur · Quarum scilicet penarum priorē asserit ibi crisostomus omnibus tormentis eē graviorem · Nam horrendum est inquit illud iehenne supplicium & res intollerabilis · Tamen si decē milia iehennas ponat aliquis nihil tale dicit quale ē a beate illius glorie ꝓpelli honore · & christo exosū esse · His ergo sicut dicit gregorius nazanzen⁹ qui regno celorum indigni habebuntur · erit etiam hec maior omnium pena q̄ a deo proijcienē · & pudor atq; confusio conscientie eorum · cuius finis atq; remedium nusq̄ inuenietur · Item gregori⁹ magn⁹ in omelia de virginibus · O inquit si quis sapere posset in palato cordis quid habeat admiratōnis · Ecce sponsus venit · porro quid dulcedinis et que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias · Postremo quid amaritudinis · & clausa est ianua · Ianuam em̄ glosa regni adituꝫ intelligit · qui post iudicium nullis patebit · Tunc siquidem apparebit illius seueritas magna · cuius ineffabilis misericordia Deniq; sicut dicit glosa in apocalipsi · Plangēt se super eum omnes tribus terre · id est omnes terreni quia non tantum dolebunt de ipo tormento q̄ q̄ repellentur a tali consortō · ¶ CXVIII ·

¶ De igne iehennali ·

Gnes quidem duos legimus in fine mundi futuros vnum transitorium quo mundi huius facies exuretur · electiq; purgabuntur · & hic precedet iudicium · de quo superius iam dictum est · Alium vero eternum quo reprobi eternaliter puniētur · & hoc iudicium subsequetur · Hic est ignis corporeꝰ subterraneus ad penam thesaurus · impijs hominib⁹ ac demonibus ab initō preparatus · Qui duplicitez inextinguibilis dicitur actiue scilicet & passiue · qz nec extinguet nec extinguetur · neq; em̄ fomentis aliis q̄ iporum damnatorum corporibus nutriet̄ Vnde de reprobo i iob dicitur · deuorabit eū ignis qui non succenditur · Cruciatos quoq; non extinguet · quoniam ad rediuiua tōrmēta perpetuo seruabuntur · Vnde ibidem sequitur · Affligetur relictus in ta · s · vt enim ait gregorius · Talis erit & mors & caro quales non sunt modo · quando scilicet compago membrorum atq; vitalium ita infirma est q̄ summum dolorem sustinere non potest · Prima mors animam nolentez pellit a corpore · Secunda vero nolentem tenebit in corpore ab vtraq; ergo cōmuniter ita habetur · vt quod non vult anima de suo corpore patiatur · Ibi nanq; (sicut dicit cesareus) ardoribus sempiternis escas crimia ministrabunt · Illaq; penalis exustio · quia culpam iubetur inquirere · substantiam nescit absumere · non em̄ tam reum persequitur q̄ reatum · Et quia non recipit causa remediū · carebit fine supplicium · hoc est quod dicitur in iob · Pluet super illum bellum suum · Ibi nanq; sic confligit cum ipa natura vis doloris vt neutrum alteri cedat · Dolor em̄ permanet ut affligat · natura vt sentiat · & sic vtrūq; nō deficit ne pena deficiat · Illic igitur vmbra mortis & nullus ordo · sed sempiternus horror inhabitat horrendo nanq; modo ibi reprobis erit dolor cuz formidine · flama cum obscuritate · Et merito · vt quoniam a creatoris voluntate nequaq̄ veriti sūt discrepare dum viuerent in eorum meritum · ipa suis qualitatibus etiam elementa non discordent · Et quo se impugnant cruciatus augeant · Fitq; miseris mors sine morte · finis sine fine · defectus sine defectu · quia & mors viuit · & finis semper icipit & defectus deficere nescit · Quoniam itaq; mors perimit · sed non extinguit · dolor cruciat · sed nulla tenus pauorem fugat · flama conburit · sed nequaq̄ tenebras discutit · ordinem supplicia non habēt · dū non per omia qualitatem tenent · Quamuis ignis iste & ad tonsolatōnem reprobis nō luceat · & tamen ad aliquid luceat · scilicet vt ad doloris cumulum qualiter delicta crucientur ostēdat sicut euā gelium de diuite purpurato maifestat · Vnde est illud · Vox domi intercidentis flam · ig · &c̄ · Idem ignis torquebit non solum homines · sed etiam demones · Cur em̄ non credamus etiam incorporeos spūs igne corporali posse affligi · cum hominum spūs & ipsi incorporei possint corporalibus membris includi · et tunc etiam poterunt corpoꝝ suoꝝ vinculis isolubiliter alligari · ¶ CXIX

¶ De machina cruciatoria ex quattuor elemētis

Reterea sicut ex dictis cuiusdam simplicis ac boni viri colligitur · cui nuper de fine mundi quedam reuelata fuisse creduntur · in corporibus eorum terrenis que nūc ptarijs qualitatibus permixta sunt & quodāmō tempata

cunctis bonis qualitatibus ablatis male tantuz & cruciatorie remanebunt·ex quarum contrarietate absqz tempamento perdurante·dolorem perpetuum ac multiplicem indesinenter patientur· Cunqz nunc interim eorum anime corporibus exute vsqz ad iudicium in igne ihennali crucientur·tunc cuz a singulis corpora sua resumentur·ipsis quoqz cruciandis·noua tormenti machina preparabitur· & ex quattuor elementorz contrarijs qualitatibus in vnum conflabitur·vt per que peccauerũt· p hec etiam torqueantur·Dicit em̃ qz filius dei radius ille splendoris·de patris luce procedens angelos· omnesqz sanctos perfundens·veniet ad iudicium· quasi quodam impetu secum trahens totũ celeste regnum·Sic aũt veniens in primis separabit qualitates duorum elementorum·ignis scilicz & aeris De igne seperabit a claritate calorem·ardorez & siccitatem· De aere vero a leuitate humiditatem· grossiciem & mutabilitatem seu cursum· Ardore autem ignis & caloze cum siccitate descendentib? consumetur & ardebit orbis totus scilicet terra & aqua·De qua terra a puritate seu quadam subtilitate que modo quidem in ea est·sed latet· separabit grossitudinem·ponderositatem·& siccitatẽ & de aqua a perspicuitate frigiditatem·humiditatem & amaritudinem·vt scilicet omnium elemẽtorum bone qualitates electis ad gloriam seruiant praue vero & cruciatorie reprobos sine fine torqũant·De his em̃ quedam regio fiet ĩ profundo abissi·que nomen habebit inferni·Cunqz nunc ille qualitates vnite in elementis:inuicem se tempent·tũc quando erunt sepate ita stabunt inseparabiliter· qz nulla alteram tẽporabit· Calor quidem ignis ñ tempabit frigiditatez aque·nec econuerso·nec amaritudo aque humiditatem aeris que est mater corruptõnis nec econuerso·Nec leuitas aeris grauitatem terre·nec substantia aeris ignis claritatẽ·nec humiditas aque terre siccitatem·In predicta ergo regione que mire magnitudinis erit· sicut & totz mundus elemẽtatus·damnati existentes morietdo viuent·& viuendo sine fine morientur· Affligenẽ siquidem caloze ignis sine tempamento aque et frigiditate aque sine tempamento ignis· Amaritudine aque sine humiditate aeris que est mater corruptõnis·& fetore quodam intolerabili ex humore aeris.sine tempamento amaritudis aque vel ignis siccitate·& arsamento quodã sitis·ex ardore ignis que non posset tempari· Item habebunt tenebras palpabiles ꝓpter densitatem aeris & priuatõnem claritatis solis & ignis·Item ex cursu seu mutabilitate aeris tanta erit tempestas iugis & impetz· qz quasi in ictu oculi impellet eos·& quasi ab oriente in occidentem & econuerso·Et ex isto motu isurget quidam sonus terribilis quasi tonitruum magnum·quod quidem erit eis pena ineffabilis. & ipsis semper adducet tenebras densiores tempestas aeris·Hec omnia patiẽtur a creaturis extra se quia pugnabit orbis terre contra insensatos·& hoc per infinitos modos. quia quacunqz re homo male utitur contra deum·illius rei esse saluabitur ĩ aliquo predictorz elementorz·& in aliquo illorz spẽaliter damnatum punict eternaliter· vt per que peccat quis per hec & puniatur·Preter hec autem habebunt intra se quasi alium infernum ex contarietate qualitatum predictarum·Quia cum ipa corpora sint de terra elemẽta ex quattuor elemẽtis. assumet quilibet corpus suum de terra & purgabunẽ elemẽta siue qualitates in ipo corpore sicuc extra· & ita sole qualitates male & cruciatorie remanebunt·nec se adinuicem tempabunt·Hec de dictis istius simplicis viri breuiter excerpsi·quib? nimirum concordare videntur etiam doctores sacri· Nam de ignis elemẽto· verbi gratia dicit basili? in exameron libro sexto· In retributõnibus inquit delictoruz ratõ nos secretior docet parciendam esse ignis naturam·Cuius lux ad illuminandos deputabitur iustos·ardor autẽ proficiet ad peccatores concremandos· Vnde dicit psalmista· Vox domĩ intercidẽtis flamam ignis &c̃·In libro quoqz sapientie de natura elemẽtari dicitur indefinite· Creatura tibi factori deseruiẽs excãdescit in tormentũ aduersus iniustos·& leuior fit ad benefaciendum ꝓ his qui in te confidunt·Sed & alie damnatorũ pene multiplices in scripturis leguntur·quarũ quedam bis tribus versibus breuiter oprehẽduntur· Nix·nox·vox·lacrime·sulphur·laquei·sitis·estus Malleus·& stridor·spes perdita·vincula·vermes Esse carere deo·carcer·confessio cura·scilicet amicorz carnaliũ· ¶ CXX ¶ De interioribz? reꝓborum penis·

DOlor quantum ad animam erit eis multiplex pena·scilicet dei obliuio·conscientie remorsio·dolor·timor·desperatõ·odium quoqz dei & sui·& infructuosa penitẽtia Vt aũt ait augustinus in enchiridiõ· Sicut nec bonis in celo voluntas·sic nec malis in iferno peccandi facultas esse poterit·quibus tamen mala voluntas imerit·sed illa non erit meritum supplicii· cum ide nõ sit locus merẽdi·quin potius supplicium mali meriti quod in hac vita precessit·habebunt etiam de malis suis pniam·sed non obtinebunt indulgẽtiam quia stimulum nulla penitus sequetur correctio voluntatis·Sic em̃ ab eis culpabitur iiquitas sua vt amisso penit? bonitatis affectu·nullaten? possit ab eis diligi vel desiderari iusticia· Itaqz perseuerantia voluntatis male erit eis tantum ad cumulum pene·Deniqz tenebre quibus illic inuoluẽtur exteriores dicuntur·quia in hac quidem vita null? adeo malus est vt a luce dei penitus excludatur·sz nec perdit affectum beatitudinis·nec amorẽ illuz boni quem habet naturaliter creatura ratõnalis· Illic autẽ peccatores tenebras exteriores patienẽ quoniam extra lucem dei ꝓiecti·etiam luce corpa priuabuntur·hec quidẽ tenebre iam hic incipiũt in peccante cum ab interiori dei seludit luce· Non autẽ omnino vt dictum est·sed tunc penit? extra erit qui lucẽ habitat inaccessibilẽ·& ob hoc ĩ summa erunt cecitate·Sane tenebre exteriores intelligi valẽt quedam malignitas volũtatis & odij que tunc in mentib? reprobor excrescẽt·sz & ecia quedam obliuio dei·quia tormẽtorũ suor interiorum & exteriorum doloribz? adeo stupescẽt et turbabuntur·vt ab istis ad cogitanduz aliquid de deo vix & raro vl'nunqz mẽtem reuocẽt Sed illuc omnino tẽdat impetus cogitatõnis vbi sentitur vis doloris· Et has quidẽ profũdissimas tenebras(secundum augustinuz)reprobi perpessuri sunt post iudicium·nã illud de diuite purpurato qui eleuãs oculos suos vidit abrhaam et mala sua confiteri coactus añ iudicium legitur factum At in isto iudicio peccatores in tenebras profundiores eijcientur·vbi nullam dei lucem videbunt cui cfiteanẽ·

¶ ·CXXI· ¶ De gloriosa mundi renouatione·

Tautē dicit augustinus iudicatis hisq̄ non sunt inuenti in libro vite· & in eternum ignem missis· figura mundi huius ignium mundanorum conflagratōne preteribit· sicut facto mundanarum aquarum mundatōne diluuio· Ea siquidem conflagratōne corruptibilium elemētorum qualitates ardendo penitus interibūt que corporibus nostris corruptibilibus congruebant· atq; ipsa eorum substantia qualitates illas habebit· que corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniant· vt videlicet mundus in melius innouatus· apte accomodetur hominibus etiaz carne innouatis in melius Vnde vidit iohannes sedētem super thronum a cuius conspectu fugit celuz & terra· & mare iam non est· quia peribunt quidē hec secundum spēm sed non secundum substantiam· vt superius dictum est· Ante iudicium nanq; futura videtur eorum purgatō· postmodum autē eorum innouatō· Per peccatum enim hominis omnia elementa infecta & corrupta sunt· que propter ipm creata fuerunt· vnde eorum purgatō nihil aliud erit q̄ illius interfectōnis siue penalitatis rmotio· Et hoc quidem per ignem fiet· qui iudicis faciem precedet· Quoniam & tunc humanum genus in electis ab omni corruptōne culpe ac penalitatis purgabitur ac penitus innouabitur Innouatō vero mundi non fiet per ignem· quoniam sol & luna que ignis passioni non subiacent· innouabuntur· id est meliorabuntur· & corpora sanctorum secundum apostolum immutabuntur· quod constat per ignem non fieri· Vt autem dicit basilius· ignis qui nunc interim vsq; ad diez iudicij calidus & lucidus ostenditur· post illam innouatōnem mundi diuidetur· ita scilicet vt superius in regione viuorum· sit tantummodo lux· & inferius in regione malorum sit calor· Itaq; inferior illa terre pars vbi est inferius in obscuritate sua remanebit· quia superior lux illuc nunq̄ appropinquabit· non tamen propt̄ hoc etiam illa pars ad ornatum mundi non pertinebit quoniam vt ait augustinus· Anime etiaz damnatorum ordine naturali meliores sunt omnibus corpibus· Sicut ergo celum sideribus· sic illa pars inferior damnatis ornabitur angelis & hominibus· Itez ad maiorem gloriam & gratiarum actōnem· peās reprobozum electi videbunt quas per gratiaz euaserunt preterea contrariorum oppositōne mundi pulritudo contexitur· sicut scriptum est· Contra malum bonum &c̄· Itaq; sicut multiformis pictura cum colore nigro suo loco bene ordīato· sic vniuersitas rerum· si quis intueri possit etiam m sinistra parte perfecta et pulcra est· licet illam per se consideratam sua deformitas deturpet· Hac igit̄ ratōne· sicut superior pars glorioſa & pulcra erit sua claritate· sic etiam pars inferior recte sapiēter q; disposita mundum ornabit sua obscuritate·

¶ CXXII ¶ De solis & lune restauratione·

Dicit iuxta ysaiam erit lux lune sicut lux solis· & lux solis septēpliciter· sicut lux septem dierum· Super quem locum haymo dicit q̄ determinato illo iudicij examine· omnibusq; reprobis in inferno conclusis· Dominus bie sus cum corpore suo quod omnes electi sunt in celo se substulerit· tunc sibi luna splendorem solis mutuabit· Sol vero septempliciter q̄ modo lucebit· recepto splendore quem homine peccante amisit· Dicit etiam ysidorus q̄ nec sol nec luna postea ad occasum sunt ventura· sed in loco in quo creata sunt siue fīe pmanebūt· ne scilicet eorum claritate fruantur damnati· qui apud inferos erunt· Vnde dicit abacuc· Sol & luna steterunt in habitaculo suo &c̄· Et alibi dicitur· Nō occidet vltra sol tuus &c̄· Ante diem quidem iudicii iuxta ihelem eclipsim patietur· In aduentu vero iudicis obscurari comparatiue dicuntur· In mundi autem innouatōne quando scilicet celum nouum & terra noua fient eorum claritas augmentabitur· Vnde dicit ysidorus q̄ sol tunc laboris sui mercedem recipiet Non ergo amplius diei· noctisq; vicissitudo· sed vna dies continua que nota est domino· Quod autem dicit ysaias· non erit tibi amplius sol ad lucendum &c̄· subintelligitur non ad necessitatem· sed tm̄ ad decorē

¶ CXXIIII ¶ De glificatōe sāctorum in dotib⁹ corpm·

Hinme vero iustorum vt ait supradict⁹ vir· in resurrectōne leuabunt corpa sua de puritate terre· que induent aque claritatem· ignis subtilitatem & aeris leuitatem siue agilitatem· Deinde quasi radius quidam a filio dei procedens· ea subintrabit· istaq; clarificans prout magis vel minus glorificabit· Tunc ergo ita iuxta euangelium· fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum· propter quattuor dotes corporis que per similitudinem notantur ī proprietatibus solis Fulget enim radius eius· in quo notatur claritas· Corrumpi enim vel coinquinari non potest· ī quo impassibilitas· In ortu suo mox transparet vsq; in occidentem· in quo agilitas· per vitrum quoq; radius ei⁹ transit· & calor eius omīa penetrat· ī quo subtilitas· hoc est quod ait apostolus· seminat̄ corruptibile· scilicet & in corruptōne surget incorruptū &c̄ Dicitur autem corpus spūale· non quia conuertatur in naturam spūs· sed quia spūi simile erit incorruptibile & agile & etiam subtile· corpora scilicet omnia non glorificata penetrans· alimonia quoq; non indigens· sed solo spū viuificatum & sustentatum· & omnino absq; vlla repugnātia spūi obediens· Qui vero motus illic taliuz corporum futuri sint definire non audeo· nature enim & motus & status sicut & species decēs erit· vbi q̄ non deceat non erit· Sane vbi voluerit spūs ibi ptinus erit corpus sine mora temporis· aut impedimento ponderis· habebit tamen quoddam pond⁹ suum· secundum quod pondus dicitur impet⁹ rei cuiuslibet tendentis ad locum proprium· Omīa nāq; fecit deus in numero· pondere· & mensura· vnde si nature sue relinqueretur· ita q̄ spūs eum non regeret· ad locum suum naturaliter tenderet ibiq; remaneret· Grauitatem quoq; suam naturalem retinebit· quantum ad exteriori violentie resistenduz non quantum ad motum voluntarium impediēdū Cum enim nunc vt ait augustinus· tantum valeat natura corporum terrenoz animas oppimere seorsum· cur non aliquando anime terrena corpora valebunt leuare sursum· Alii vero dicunt q̄ corporis dotes sunt impassibilitas· glorioſitas· spūalitas· virtuositas· que etiam expressius tangunt̄ in predictis apostoli verbis· scilicet seminatur in corruptōne &c̄· Impassibilitas est naturalis potētia· qua corpora glorificata erunt potentia resistere omni cause extrinsece lesionis illate Vnde sub ista comp̄henditur ī mortalitas· ī corruptibilitas· ī altabilitas

& omnia huiusmodi · Glorioſitas id eſt decor corporis glorificati · Sub hac continetur · luciditas · ſuauitas redolentia · & huiuſmodi omnia que pertinent ad ſenſuum delectatõnem · Spũalitas eſt naturalis potentia ſubſiſtendi per ſe · i · ſine alimenti ſubſidio · Vel naturalis potentia reſiſtendi omni cauſe intrinſece · leſioni vel moleſtie cuiuſlibz illatiue vt eſt fames · ſitis & huiuſmodi · Sub hac etiam comprehenduntur immortalitas & ĩalterabilitas Virtuoſitas eſt naturalis potentia agendi in aliud abſqz contradictõne vel reſiſtentia · Vnde ſub ea comprehenditur agilitas & etiam ſubtilitas · qua poterit huiuſmodi corpus omnia corpa non glorificata penetrare · Ad dignitatem nanqz dabitur ei penetrare non penetrari · agere non pati · naturalis potentia · nullaqz impotentia · nec replebit corpis non glorificati locum · Ideoqz recipiet illud ſecum Ideo vero ſunt quattuor dotes corpis tantuz · due ſcilicet de carentia omnis mali · due vero de preſẽtia omnis boni · Quia bonũ corpis duplex eſt · vnũ ſcilicet abſolutum hoc eſt glorioſitas · aliud reſpectiuum hoc eſt virtuoſitas Similiter duplex ẽ malum · vnum intrinſecus veniens · & contra hoc eſt ſpũalitas · aliud extrinſecus · & contra hoc eſt impaſſibilitas · Erunt igitur due de carentia omis mali due quoqz de preſentia omnis boni in quib9 duobus perfecta beatitudo conſiſtit · Habent autez naturale principium in corpe cuius ſunt · & a gratia perfectõnem · verbi gratia · agilitas eſt potentia qua corpus naturaliter ab anima poteſt agi quocunqz voluerit · Sed nunc ipſi anime grauitas corpulentie obſiſtit · Tunc autem onere depoſito agilitas ibi erit · quia gratia naturam perficit · Q2 ſi quaeat quid illic poſſit agilitas vbi non erit motus · quia nec tempus · ſed eternitas q̃ tota ſimul exiſtit · ecõtra reſpondebitur · q9 cum ibi futura ſit laus vocal' erit vtiqz motus corpalis · In ſolo autem deo erit iſta perfecta & ſtabilis eternitas vt non moueat̃ in anima quoqz ſtabilis perpetuitas · quo ad illam partem qua deo immutabiliter adherebit eoqz p fruetur ·

¶ CXXIIII · ¶ De dotibus animarum ·

DOtes animarum ſunt tres · ſcilicet · cognitio · dilectõ · fruitõ Ex cognitõne pcedit dilectõ · & ex vtroqz fruitõ ſiue comprehenſio · Perfecta nanqz beatitudo conſiſtit in cognitõne ſummi boni & motu dilectõnis ad ipm · & ex his duobus completur tercium · Primum eſt in ratõnabili · Secundum in concupiſcibili · Tercium in vtraqz · Iraſcibilis vero quia non immediate mouetur in deum · ſed data eſt ad remouendum impedimenta que retrahunt nos ab inquiſitõne ſũmi boni · ſcilicet ad debellandum mundum · carnem · dyabolum · non habebit dotem ꝓpriam · ſed remunerabitur in confirmatõne ſuarum virtutum · ſcilicz · timoris · humilitatis · fortitudinis que in ea remanebunt · Vnde timor domini delectabit cor &c̃ · itaqz fidei ſuccedet cognitõ · caritati dilectõ · Improprie vero dr q9 ſpei ſuccedet comprehenſio · id eſt poſt ſpem erit comprehẽſio · que forma eſt & perfectõ aliarum duarum Eſt enim fruitõ viſionis ut ĩ qua et dilectõnis vt a qua · & eſt & agetur & perficitur · Tantaqz in ea erit delectatõ vt in vocem iubilatõnis & laudis neceſſario ꝓrumpatur · Vnde õ his tribus dicit beat9 auguſtinus · Ipe inquit finis erit deſideriorum noſtrorum qui ſine fine videbit̃ ſine faſtidio amabitur · ſine fatigatõne laudabitur Hoc munus · hic affectus · hic actus erit profecto ſicut ipa vita eterna communis · quando ſcilicet deus erit omnia in omnibus · Hee ſunt dotes quibus ſponſa chriſti dotabitur quando in domum ſponſi introducetur Hec eſt eccleſia cuius matrimonium initiatum fuit in patriarchis & prophetis · chriſti ꝓmiſſione conſummatum in verbi incarnatõe · Angelis autem chriſtus nec promiſſus fuit · nec eorum naturam aſſumpſit · Ideoqz eccleſia de angelis nõ dicitur ita propie ſponſa · ſicut eccleſia de hominibus · Et ob hoc dicitur dotes nõ habere · licet et ipſa deo vniatur caritate · Et ſecundum hoc eccleſia de angelis & hominibus collecta dicitur vna ſpõſa, non ſolum chriſti ſed totius trinitatis ·

¶ CXXV · ¶ De collatõne glorie ſcõz hoĩm & angelorũ ·

LIcet autem iuxta domini ſentẽtiam in euãgelio: ſancti homines quantum ad veraz beatitudinem que ꝓprie conſiſtit in viſione dei futuri ſint equales angelis dei · nihilominus tñ habebunt ſpẽalia q̃daz gaudiola · vel potiꝰ gaudiorum incitamenta que non ſic habebunt angeli · Vnum videlicet de duplici ſtola · cum angeli p natureſue modo ẽcorentur vna ſola · Aliud vero · qr videbunt eum in natura ſibi communi · videlicet humana · hoc eſt hominem deum · cum angeli nũq̃ viſuri ſint deuz angelum Vt eĩ apoſtolus ſcribit nuſq̃ angelos · ſed ſemen abrhae apprehẽdit · Et revera ſicut dicit beatus bernardus · Plenum prorſꝰ omni ſuauitate videre hominem hominis conditorem · Vt eĩ in libro de anima & ſpũ legitur Duo ſunt in homine ſenſus · interior ſcilicet & exterior · & vterqz donum ſuum habet in quo reficitur · Sẽſus interior reficitur in contemplatõne diuinitatis exterior in contemplatõne humanitatis · Propter hoc eĩ deus homo factus eſt · vt in ſe totuz hominem beatificaret · & tota conuerſio hominis eẽt ad ipm · totaqz dilectõ curreret in ipm · cum & a ſenſu carnis videreẽ p carnẽ · & a ſẽſu mẽtis per ẽitatis ꝓẽplatõnem · hoc erat totũ homis bonum · vt ſue ĩgrederetur ſiue egrederetur i factore ſuo paſcua inueniet · videlicet & foris ĩ carne ſaluatoris · & intus in deitate creatoris · Terciuz erit de hoc q9 hꝰ vite miſerias euaſerunt · quas angeli nunq̃ experti ſunt · Et vt dicit auguſtinus in libro confeſſionum vbiqz maius gaudium maiore moleſtia precedit̃ Nam verbi gratia · Poſt egritudinez iocundior ſanitas efficitur · & poſt merorem letitia · hinc ergo materia laudis canentibus ſanctis · Benedic anima mea domino et omnia que intra me ſunt nomi ſãcto eius · Qui ꝓpiciat̃ omnibus iniquitatibus tuis qui ſanat omnes infirmitates tuas · Vnde bernardꝰ ſup cantica · omelia · lxvnj · Putas inquit deũ noſtz totam habituz glorie ſue laudem · donec veniant qui in ſpectu angelorũ pſalant ei · letati ſumus p diebus quibus nos humiliaſti &c̃ · hoc autez genꝰ letitie celi neſcirent · niſi p filios eccleſie · Placet cũctis ſecuritas · ſz magis ei q̃ timuit · Iocunda omnibus lux ſed euadenti de poteſtate tenebraruz iocũ dior · trãſiſſe eĩ de morte ad vitam · vite duplicat gratiam · Pars noſtra hec ĩ celeſti cõuiuio et ſeor ſum ab ipſis beatis ſpiritibus · Deniqz gaudẽt angeli ad penitentiã peccatoris · Q2 ſi delicie angelorũ lacrime mee · quid delicie · Omne opus eorũ laudaẽ deuz · ſed deeſt laudi ſi deſint qui dicant · trãſiuim9

per ignē & aquam ꝛc· CXXVI De deitatis fruitōne·

Sicut autem dicit augustinus in libro de questionibus euangelorum·omnia dici possunt de ista ineffabili perfruitōne veritatis·& tanto magis omnia dici possunt· quāto minus digne aliquid dici potest · Nā ē dux illuminatorum·& requies exterminatorū & patria residētium· & esca indigentium· & corona vincentium· Et quecunq; bona temp̄aliter transeuntia per creature partes error appetit infidelium·veriora ēternum manentia· in creatore omnium simul inuentura est pietas filiorum· Et vt dicit idem augustin⁹ in libro de ci·dei·ita deus erit nobis not⁹ atq; cōspicuus vt videatur spū a singulis nobis·in singulis nobis· videaturq; ab altero in altero· videatur in seipo·videatur in celo nouo & terra noua· atq; in omni que tunc fuerit creatura· Videatur et per corp̄a in omni corpe quocunq; fuerint spūalis corporis oculi facie perueniente directi·Patebunt & cogitatōnes nostre inuicem nobis·Quanta igitur erit ibi felicitas vbi nullum erit malum·nullum latebit bonum· vacabitur dei laudibus· quia erit omnia in omnibus· nam quid aliud ibi agetur· vbi nl' la desidia cessabit·nec vlla indigentia laborabitur nescio·vnde beati qui habitant ī domo tua domīe &c̄·Omnia em̄ membra & viscera corp̄is glorificati p̄ficient laudibus dei· Omnes quippe illi que nunc latet armonie corp̄alis numeri non latebūt intrinsecus·& extrinsecus per corpis cūcta dispositi· & cum ceteris reb⁹ que ibi magne & mirabiles videbuntur·rōnales mentes in tanti artificis laudem rōnabilis pulcritudinis delectatōne succēdēt Carebunt autem omnibus malis·ita vt penit⁹ deleantur de eorum sensibus Ea tamen potentia scientie que magna in eis erit· non solum sua preterita·sed etiam damnatorū eos sempiterna miseria ñ latebit·alioqum ꝫeternum cantabunt·Quo cantico in gloriam gratie christi·cuius sangume liberati sumus·nihil erit p̄fecto illi ciuitati iocundius·Ibi perficietur vacate & videte·q·e·s·d· quid nobis nosipsi esse voluimus quando ab isto cecidimus · Quid em̄ sine illo fecimus·nisi q̄ in ira eius defecimus·A quo refecti·& maiori gratia perfecti vacabimus ꝫeternū videntes·quia ipe est deus quo pleni erimus quando erit omnia in omnibus·Premium virtutis erit·ipe qui virtutem dedit eiq; seip̄m· quo melius & maius nihil possit esse p̄misit· quid em̄ est aliud quod per ꝓphetam dicit·ero illorum deus·nisi ego ero vnde satientur· ego ero q̄cunq; ab omnibus honeste desiderantur·& vita et salus & copia· & honor·& pax· & omnia bona· Ibi nosse nostrum non habebit errorem·ibi amare nostrum non habebit offensionē·ibi esse nostrū nō habebit mortē·ipe nanq; deus vt dicit beatus bernardus·erit ratōni plenitudo lucis· voluntati multitudo pacis·memorie p̄nūatō eternitatis·

CXXVII De dispari sanctorum claritate·

Tunc igitur erit finis·cum euacuerit christus omnem p̄incipatum & potestatez & virtutem· Nam modo quidem angeli angelis p̄sunt·damones demonibus· homīes hominibus ad vtilitatem viuentium vel deceptōnem Sed tunc omnis prelatō cessabit quia necessaria ñ erit·Preferentur quidem ibi alii alijs in gloria· nō tamen in regimīe sicut nunc·quia non erit necesse Cessabit timor·regnabit caritas·nec erit inter p̄sidentes & subditos vlla dissensio·nec maiorum in minores aliqua oppressio· p̄erunt quidem demones malis hominibus in inferno·mali em̄ homines habebunt tortores in pena·quos hic habuerunt incensores in culpa· Ceterum enim etiam in angelis posuit deus diuersitates officiorum causa hominū scilicet vt eorum saluti p̄uideāt & ministrent· vnde et p̄pria vocabula sortiti sunt·vt angeli·q; hoīb⁹ voluntatem dei nunciant·virtutes· quia miracula faciunt & huiusmodi· Hec em̄ non sunt noīa nature sed officiī·vnde postq̄ homines ꝓsummati fuerint in gloria & perfecti·ita vt nulla iam admīstratōne indigeant·tunc cessabunt etiam ī angelis nomina illa quibus nunc vocantur pro diuersitate humane adminiſtratōnis·Erunt tamen & in celo & in inferno diuerse mansiones· id est diuerse premiorum et supplicior⁹ differentie bonis scilicet et malis·Stella em̄ a stella differt in claritate·Erit āt in dispari claritate par gaudium·quoniam vn⁹ cōmunis est denarius·id est visio dei dabitur omnibus·vt sit deus omnia in omnibus · vera q̄idem ibi gloria erit· vbi laudantis nec errore quisq̄ nec adulatōne laudabitur · verus honor qui nulli negabitur digno. nulliq; concedetur indigno· Q; autē ibi futuri sint p̄ meritis premior⁹ etiam grad⁹ honorum atq; gloriarum non est ambigendum·atq; id etiam beata illa ciuitas magnum in se bonuz videbit. q̄ nulli superiori nullus inferior inuidebit· Tam nolet v nusquisq; esse quod non accepit · q̄ nec in corpe vult esse oculus qui est digit⁹·Sic ita q; habebit donum alius alio minus· vt hoc quoq; habeat ne velit ampli⁹· CXXVIII· De plena sanctorum felicitate·

Hec est igitur pax superne ciuitatis·que sicut dicit augustinus· est ordīatissima & concordissima societas fruendi deo et īnicem in deo·Quid plura·hanc certe beatam sanctorum vitam facili⁹ est cōsequi q̄ enarrare· cui⁹ erit cursus sine termio·vsus sine fastidio· sub anti quis perpetuisq; gaudijs semper noua iocūditas & sine vllo amittendi periculo perfecta felicitas· Constat autem felicitatem esse rerum omnium optandarum p̄lenitudinem·Illic ergo implebitur q̄ voce domīca dicitur·Mensuram bonam et confertam et co·&c̄·Mensura dicitur quia secundū qualitatem et quantitatem meriti premium dabitur· Bona·quia isto premio nihil melius inuenitur Cōferta id est referta·quia nulla pars aīme vel corporis nullusq; angelus remanebit· qui repletus non sit Coagitata·quia vndiq; gaudium erit·scilicet intus in conscientia·supra in deo·infra in celo et in cētis creaturis·iuxta vero in sanctis hominibus et angelis·Supereffluens quoq;·quia supra omē meritum erit·et etiam supra omnem sensum et desiderium·Vnde scriptum est·Oculus non vidit · nec auris audiuit ꝛc̄·Tunc sanctorum voluntas oīno voluntati creatoris penitus inherebit·et ob hoc a iusticie regula deuiare non poterit·Nec ideo liberum arbitrium non habebunt·quia peccata eos delectare non poterunt·Magis quippe tūc liberum erit a delectatōne peccandi vsq; ad delectatōnez non peccandi indeclinabilem liberatum Eo enim potentius erit·quo peccare non poterit·Ante diē quidem iudicij vidēt se inuicem boni et mali sicut

patet in euangelio de diuite purpurato & lazaro.
Post iudicium vero reprobis omni luce spūali &
corporali priuatis boni videbunt eos tantummo
do et non econuerso. Sed anīe iustorum vt ait gre
gorius et si in nature sue bonitate misericordiā ha
bent. iam tunc auctori sue iusticie coniuncte tāta
certitudine constringuntur vt nulla ad reprobos
compassione moueātur. Et licet iustis sua gaudia
sufficiant ad maiorem tamen gloriā vident pe nas
malorum quas per gratiam euaserunt. Quia qui
dei claritatem vident nihil in creatura agīē quod
videre non valeant.

Speculum vincentij historiale explicit.

M Theol x Sect 283

M Thevl x Sch 283.